





H-1-32

~~3-4~~

3-4

~~3-4~~





ANDREAE  
TIRAQUELLI  
REGII IN CURIA  
PARISIENSI SENATO-  
RIS, EX COMMENTARIIS  
IN PICTONVM CONSV-  
TVDINES, SECTIO,  
DE LEGIBVS CON-  
NUBIALIBVS, ET IV-  
RE MARITALI,

*Quinta hac, eademq; postrema editione, ab  
autore ipso diligentissime recognita,*

*Et tertia amplius  
parte locupl-  
tata.*

*Ulm. m. d. c. l. i. i. i.*



LUGDUNO,  
APVD CVLIEL.  
ROVILIVM.  
Cū priuilegio Regis.

1544



1020260





Donacion del Sr. D. Vicente Lissa y las Balsas, á la Real Junta de Biblioteca de la Universidad de Zaragoza año de 1831.

I O N V I C T O R I I , I N E F F I G I E M

Andræ Tiraquelli, Regij in Curia Parisiensi Senatoris, Hexastichon.

*Iam nihil est, venerande senex, quod pulla sororum  
Stamina, vel Stygias quod verearis aquas.  
Subtrahet hæc vultus morti pictura: perennem  
Ingenio vitam tot tua scripta dabunt.  
Ergo vbi fatalan Lachesis tibi neuerit horam,  
Magna tamen fugiet pars Acheronta tui.*

Extract du priuilege du Roy.

**R**AR grace & priuilege du Roy est permis à Guillaume Rouille Libraire de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer un foys ou plusieurs, ce present liure intitulé Andræ Tiraquelli, Regij Consiliarij De Legibus connubialibus & Iure maritali, nouvellemēt reueu corrigé & augmenté par ledict Tiraqueau, & fait desences de par ledict Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs, & personnes quelcoques, de non imprimer, ne faire imprimer, vendre, ne distribuer, en ses pais, terres & seigneuries, ledict liure insi reueu, corrigé & augmenté, si ce n'est par le consentement du dict Rouille: & ce iusques au temps & tene de dix ans, à compter du iour & date que seront paracheués d'imprimer lesdictz liures, sur peine d'amele arbitraire & de confiscation des liures qu'ilz auroyent imprimé: comme plus à plein est contenu & relaré par lesdictes lettres de priuilege, sur ce donnees à Saint Germain en Laye, le dernier iour de Mars mil cinq cens cinquante deux.

Parle Roy en son conseil.

Signé, Mahieu:

Et scelé du grand seau, en cire iaulne à simple queüe.

Acheué d'imprimer le vingthuitième de Mars 1554.



IOANNES NICOLAVS  
VICTORIVS LECTORI

SALVTEM D.



ERRISSIMVM est, Candide Lector, & quouis oraculo certius, quod à Solone iã senescente vsurpatũ accepimus, πολλὰ ἀεὶ διδασκόμενοι γρηγόροισιν. Adeo nulla est ætas aut tam prouecta, aut tam multiplici rerum cognitione prædita, cui non multa quotidie addiscendi suppetat occasio. Id'q; cùm in omni

vita ratione perpetuum sit, nescio tamen quo pacto in optimarum disciplinarum studiis potissimum elucescit: quippe quarum tam latus est campus, tam vastus Oceanus, vt cùm plurimum spatij in iis confeceris, multo tamen plus supersit, & antè in ipso cursu obruaris, quàm expetitur illum τῆς ἐγκυκλοπαιδείας portum cõtingas. Quod cùm ita sit, nemini mirum videri debet, summis quotidie ingeniis vsuenerire, vt quæ olim iuuenili quodam cestro impulsæ, frigidius ieiuniũve tractarunt, eadem prouectiores, confirmato iam multa lectione iudicio, locupletanda sibi putent, aut accuratius eliminanda. Quotus enim quisque tam paratus, rationibusque omnibus tam probè subductis, ad opus aliquod scribendum accedit, qui si idem denuo argumentum tractandum suscipiat, non multo id & absolutius præstare possit, & copiosius: tot præsertim quotidie in lucem emergentibus scriptoribus, qui superiorum seculorum incuria densissimis obruti tenebris iacuerunt. Quare cùm ea semper vel præclarissimis ingeniis data sit venia, vt quoties visum esset, scripta sua sub incudem reuocarent, eam certè strenuus Ciuilis Pontificique Iuris προαρισθὲς, eximiumque Senatorij ordinis decus, Andreas Tiraquellus, suo quodam iure sibi potest vendica-



re, qui cum tam multis tum publicis, tum priuatis negotiis distringatur, vt mirum sit, vllum ei non dicam tam multa scribendi, sed omnino liberum spiritum ducendi otium suppetere: tanta tamen animi contentione, tam indefesso studio promouendis commodis tuis incumbit, vt pro iis Diis sese Manibus deuouisse videatur: cumq; ea iam sit hominis aetas, vt veluti veteranus gladiator, quam plurimis iam reportatis palmis, rudem iam olim debuerit meruisse: tam strenue tamen etiam nunc in hac arena desudat, vt vel ex grege florentium aetate vix quenquam inuenias, quem illi opponas *ἀνταγωνιστήν*. Sed quorsum attinet haec à me commemorari, cum eadem vel me tacente loquantur cum alia pleraque, nulli non exposita, impigerrimi senis lucubrationes, tum vero haec noua Legum Connubialiū foetura, suprema iam manu ita recocinata, tam copiosa rerū atq; sententiarum supellectile locupletata, tam multis denique, tamque insignibus Græcorum pariter ac Latinorum scriptorum flosculis illustrata, vt nouum potius foetum edidisse, quam iam olim natum interpolasse, videri possit. Nouam itaque operis huius editionem cum adornaret singularis solertia bibliopola Gulielmus Rouillius, nos quoque (quæ nostræ hic erant partes) quantum ingenio eniti, quantum labore perficere potuimus, dedimus operam, vt opus luce dignissimum tuas in manus quam emendatissimum perueniret. Vale.

IAC



IACOBVS SPIFAMVS  
IN SENATV PARIENSI IN-  
QVIVITIONVM PRAESES, AD  
LECTOREM.



AMPRIDEM, studiose Lector, fama ipsa & facie mihi notus erat ANDREAS TIRAQVELLVS, ac miro quodam affectu, animique propensione ad eius amorem ducebar. Hoc enim commodi inter cetera virtus affert, vt quos semel complexa est, non modo claros & illustres reddat, sed etiam absentum & ignotorū benevolentiam eis conciliet. Quod si virtuti etiam eruditio accedat, & pulcherrimo nexu inter se copulentur, tum demum excellens quiddam & rarum existit, quod specie ipsa & pulchritudine benevolentiam simul & admirationem

parit. Vtraq; laude cum celebrem esse TIRAQVELLVM intelligerem, hanc nostram opinionem non confirmavit modo, sed (quod raro accidere solet) auxit etiam eius praesentia, & quotidiana cum eo consuetudo. Nam cum plus minus biennium illius classis in Senatu Parisiensi Regis Christianissimi beneficio sum Praeses, in qua Consiliarij dignitatem honoratissimè sustinet, multa & graues controuersiae acciderunt, quibus in promptu excutiendis expendendisque, sapientiam non mediocrem, ingeniumq; & doctrinam famam vero minorem, nec fatis eius virtutibus & ornamentis conuenienter deprehendi. Etenim siue censeat ipse, ac de proposita causa sententiam dicat, siue summam controuersiae feriemq; exponat, renuntiatoris partis agens, Diij boni, quanta fide, quanta aequitate, ac diligentia hoc facit! vt integritatis, an doctrinae laude potius sit commendandus, merito dubitare possis. Siue enim vnus, siue multorum, siue priuata, siue publica causa sit, ita hercule in ea se gerit, vt nihil, nisi recti studium, & publicam vtilitatem, praese ferre videatur. Qui licet natura lenis & perquam humanus sit, in iure tamen aequoq; & bono retinendo, ita est seuerus & constans, vt nec spe allici, nec gratia flecti, nec autoritate frangi, nullius deniq; causa à recto, ne tranuersum quidem (quod aiunt) vnguem dimoueri possit. Adeo hercule, vt apud omnes abstinentiae & iustitiae gloria illustre sit nomen TIRAQVELLI. Huic autem virtuti & naturae tam excellenti, quae sola ad parandam famam satis esse possit, raram quandam & incomparabilem in omni literarum genere eruditionem adiunxit. Cuius ipse dat nobis specimen ac testimonium locupletissimum tum sermone, tum sententia dicenda, tum lucubrationibus, & editis monumentis. Eruditionem non parum arguit sermo ac colloquium, sed multo apertius dictio sententiae extemporanea: omnium vero maximè stylus & lucubratio. Sermo nostri ANDREAE cum de omni negotio, tum maximè de rebus civilibus, tersus est, elegans, & venustus: dicenda autem & explicanda sententiae acutus, copiosus, grauis. Tum demum profert se ingenij lumen, fecunditas memoriae, cognitio antiquitatis, recondita doctrina. Haec autem cum magna sint & praecleara, tum multo vberius se proferunt in libris, & editis ab eo operibus. Licet enim multis & magnis negotiis occupatissimus sit, domo, ac familia, quae illi ampla &



numerosa contigit, regenda, Republica Senatorio munere administranda: si quid tamē vacui temporis super sit, non ludo, non conuiuio, non voluptatibus, sed totū id legendo, commentando, lucubrando impendit, praeclaras animi meditationes literis committens, quō non de suis tantūm ciuibus, sed etiam de alienis, de exteris, atq; etiam posteris bene mereatur. Tantum illi iuandi propositum, vt non solum suis ope, opera, consilio: sed etiam absens, etiam mortuus, scriptis, exemplo, & memoria sui prodesse velit. Multa iam & praeclara, tot rebus distractus, ingenij documenta in lucem dedit, quae immensam lectionem, memoriam antiquitatis, diligentiam incredibilem declarant. Vt verō nihil reliqui faceret ad summam doctrinam, & meliori fide lucubranda ac scribendi munus impleret, literarum Graecarum studium adiunxit, in quo eam posuit operam iam natu grandior, tantūmq; breui tempore profecit ac promouit, vt à teneris annis institutū fuisse, & in eo omnes animi neruos intendisse, credas. Existimauit enim vir acri ingenio praeditus, quarendos esse fontes, ipsamq; Politices rationem, Philosophiae huius nostrae ciuili veluti fundamentum, à Graecis, Platone potissimum, Xenophonte, Aristotele, & Plutarcho traditam, omnino petendam esse. Artes etiam humanitatis, ac mansuetiores Musas, cum grauius studiis simul colere solet, quōd omnem eruditionem harum elegantia destitutam, mactam ferme ac parum profuturam putet. His, inquam, dotibus ad scribendum accessit nostrarum TIRAQVELLVVS. Ex magno autem velut aceruo ea potissimum tractanda suscepit, quae & frequenter inter ciues accidere solent, & magnum praestant vsum in Republica gubernanda: in quibus ne minūs experientem arbitreris TIRAQVELLVVM, indefessum legis vxoriae patronum habes, multo iam tempore editum iustum opus in breuissimam l. si vnquam. C. de reuoc. donat. cuius medullam explicare non cuius facile fuerit. Eam tamen inuolutam antea & obscuram ita eruditē interpretatus est, vt doctorum hominum iudicio illam planē euoluerit, & perspicuam omnibus reddiderit. Causas enim, & fines, & consequentia acutē inuestigans, quicquid simile, diuersum, pugnant, contrarium, aut excogitari, aut in Iure Ciuili vel Pontificio vsquam reperiri potest, id totum in eo opere, ordine pulchro digestum videbis. Ab imo enim ad summam rem ita tractat, vt nihil omnino accidere, nec facti species aliqua fingi possit, cuius explicatio non statim tibi occurrat. Alterum item eius opus est, in mores, & instituta, seu consuetudines Pictonum, in quo non doctrinae tantum, & ingenij, sed etiam pietatis laudem consecutus est. Nunc ab eodem autore, studiosē Lector, tibi prodit in lucem aliud opus, incredibilem eruditione refertum, vtilitate fructuosum, varietate iucundum, ad vitam beatē traducendam penē dixerim necessarium. Huic titulum fecit De legibus connubialibus. Hic autem quid primū mirari conuenit? an solertiam hominis, & iudicij acumen, an economiae rationem, an memoriae vim, an variam & infinitam propē lectionem? An non haec omnia summa in hoc opere & singulari laude praedicanda? Nōne arduum & immensum fuit, tot autores euoluere: tot scriptorum genera circumuolare, ex quorum veluti flosculis in morem apiculā aliquid decerpas ac delibes, quod ad opus absolendum conducatur? Tot scriptores excussisse veteres, nouos, Graecos, Latinos, Philosophos, Iurisconsultos, Poetas, Oratores, Historicos, nōne summa commendatione dignum? Cuius autem memoriae tam multa, tam varia, tam diuersis in locis posita, mente completi potuisse! Illa verō tam dispersa & velut dissipata membra in vnum corpus compegisse, & certa ratione ac pulchro ordine digessisse, vt omnia inter se cohaerent apta rerum serie, nōne summi opus est artificis? Inter caetera autem, iudicium hominis singulare, & prudentiam non possum non admirari, qui hoc sibi argumentū ad scribendum delegit, in quo neruos ingenij intenderet, & studium, operamque suam collocaret. Nimirum vidit homo sapientissimus, vnum esse inter omnia, quod obseruatum, vel neglectū, tum priuatim, tum publicē, salutem, aut perniciem summam hominibus afferre solet. Non parum refert, quibus quisque parentibus nascatur. Nam (vt inquit Horatius)

Fortes

Fortes creantur fortibus, & bonis:

Est in iuuenis, est in equis patrum

Virtus: nec imbellem feroces

Progenerant aquila columbam.

Multō autem magis interest, quibus praecipis, quibus exemplis domesticis, à primis annis instituamur. Magnas quidem vires habet natura ad honestatem vitae vel turpitudinem, sed maiores habet educatio recta, quae prauam naturam corrigit, & vertit in bonā. Quod pulcherrimo exemplo suis ciuibus ostendit Lycurgus, productis in medium duobus catulis. Vtranque autem curam, & gignendi, & educandi, connubium in se complectitur. Quinetiam Reipublicae felicitas, non minūs quam vita priuata, ex connubio potissimum pendet. Etenim qui malis & obscuris prognatus maioribus, qui prauis opinionibus imbutus, qui turpibus exemplis formatus, qui domi inhonestē viuere & praesse consuevit, eum in magistratu praclare se gesturum, & Rempublicam sanctē atque integrē administraturum sperabimus? Propterea cū ad benē beatēque viuendum tantum momenti esse in connubio Philosophi illi veteres existimarent, de eo ritē inuendo colendōque permultas leges diligenter scriptas nobis reliquerunt. Haec eandem rationem secuti conditores vrbium & legislatores, quā plurima statuerunt, quae ad auspiciandum matrimonium, quae ad retinendam inter coniuges charitatem, quae denique ad educandam prolem pertinent. Inde scilicet natae sunt leges de sponsalibus, de dotibus, de diuortijs & repudijs, de adulterijs, de ritu nuptiarum, de pactis dotalibus, de rei vxoriae actione, de dotium repetitione, solutis matrimonijs, & huius generis non pauca. Cui ignotum est, apud Athenienses, Lacedaemonios, Romanos, praecipuam semper fuisse connubij curam? Nulla enim de parte Reipublicae tuenda tam solliciti fuerunt Lycurgus, Solon, Censores Romani. Quemadmodum enim bene cultum coniugium bonos ciues & magistratus, ita neglectum & violatum ex florenti ac beata Republica miseram eandem reddit Rempublicam. Cū autem sit veluti fundamentum ciuitatis, quid mirum est, à sapientibus viris tantam eius habitam fuisse rationem? Quis speret domum pulchram & integram, vitiatas aut malē iactis fundamentis? Quae res, obsecro, dedit initium ciuitatibus? nōne connubium? Quidnam dispersos homines in agris vnum in locum cōgregauit? Quae res ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos? nōne connubium? Quae res fidem colere, iustitiam retinere, communis commodi causa labores periculāque subire? an alia res quā connubium? Nihil est hercle tam genuinum & secundum naturam, quā sexus in sexum propensio, & penitus insitum prolis desiderium, quo alter in alterius potestatem se tradit, sibi ius sui corporis adimens. Societas autem illa viri & feminae cū sit omnium prima & honestissima & necessaria in Republica, quā diligenter, quā accuratē cautum fuit legibus, ne rescinderetur! quā grauis poena violati coniugij constituta fuit! Quā religiosam verō & sacram rem putarint Ethnici, vel hinc manifestum est, quōd quos deos connubij praesides existimarent, summo cultu venerarentur, ac non nisi illis auspicijs, & veluti testibus, inirent coniugium. Habebant Iouem Gamelium fidei coniugalis vindicem: habebant Iunonem Pronubam: habebant Venerem. Praeter pacta sponsaliorum, praeter iusiurandum, praeter datas dextras, osculum, stipulationem, arrham, Iunoni, Veneri, & Gratijs fiebat sacrificium: vt Iuno castum, Venus fecundum, Gratiā iucundum & benevolentiae plenum connubium redderent. Non immolabant autem victimam cum felle, sed exectum fel post aram abiciebant, vt contrahentes matrimonium intelligerent, deposita morum animorūque acerbitate & amarulentia, quae exasperat odia potius, quā medetur erratis, suauiter & iucundē viuendum esse. Si tanto studio ac religione colendum connubium Ethnici existimarent, pudeat nos nostrē impietatis, qui tam parum honoris ei deferimus, imō verō negligimus atque aspernamur: cū sciamus, à D E O Patre in Paradiso dicatum, à CHRISTO praesentia & miraculis consecratum: cū sciamus, inquam, à Spi-



ritu sancto sacramentum hoc suscipientibus gratiam suppeditari, & arcanum mutua charitatis affectum aspirari. Mirum est, me hercle, tot connubia, tam luctuosa, tam infelicia, tam misera inter Christianos hodie reperiri. Cuius rei causam vel precipuam esse crediderim, quod res tam sacra nihili ferè ducitur, quodque & delectus & conuictus nulla propemodum ratio habetur. Sed quò delabor imprudens? quid plura disputo de connubio? cùm TIRAQUELLVS noster hoc argumentum tam copiosè tam absolute tractarit, vt quicquid apud autores vsquam inueniri, aut ingenio excogitari possit, id omne hoc eleganti opere sit còplexus. Eorum enim, quæ vel ad ineundum, vel ad colendum, vel ad peragendum connubium pertinent, nihil quicquam prætermisum videbis. Vt autem rectè ineat, monet delectu opus esse, qui positus est in tribus bonorum generibus. Inter animi bona primum spectandam esse pietatem: in corpore, bonam valetudinem, statam formam, ætatem: in fortunis, claritatem generis virtute partam. Vt verò contractum connubium rite colatur, docet quo modo concilianda beneuolentia, deinde fouenda, postremò quomodo facienda, si rescindatur. Conciliari autem ac confirmari natura, similitudine morum, æquitate, mutuis obsequiis, officiis, monitis, adhortationibus, & pignoribus: contrariis rescindi. Tertium est, de peragendo coniugio, partim spectans ad vxorem, vt animo tranquillo, corpore vegeto, matura ætate, tempore non alieno concipiat: partim ad prolem, vt suscepta pietate, & ingenuis artibus instituat. Connubij autem doctrina vt omni ex parte absoluta esset, controuersias etiam forenses, quæ deducuntur in iudicium, (quod nostræ professionis est) non prætermisit. Hoc opus Leges connubiales inscripsit, quod iis obtemperare eum oporteat, qui bonum ciuem, & beatam vitam agere velit, sed tantò studiosius, quantò naturæ iura scriptis legibus sunt præstantiora. Breues sunt & perspicuæ (quod legum proprium est) vt & facilè intelligi, & memorie mandari possint. Aggressus est autem hoc opus, vt Reipublicæ ab hac infeliciu coniugiorum peste grauius laboranti succurreret, & contracturi matrimonium haberent, veluti Thefeium filium, quod tutò sequi possint. Neque verò ex iis tantum, quæ apud alios legerit, sed potius ex iis quæ longo vsu obseruauit, & experiendo didicit, suas leges conscripsisse existimes. Quapropter Legislatorem connubialem optimo iure uocauerim, quod primus sancta connubiorum iura, velut leges Decemuirales, in tabulis spectanda publicauerit. Multas leges de matrimonio Lycurgus tulit, multas Solon, multas Numa Pompilius, Censores, Decemuiri nemo tamen (absit verbo inuidia) tam exactè ab imo ad summum, quàm noster hic Legislator connubialis. Eas ipse cùm lego, videor hercle mihi naturam ipsam audire, apud homines è loco superiori sua iura promulgantem. Atque vtinam aliquando leges hæc trinundino promulgatæ centuriatis comitiis perferantur, & in æs incidantur, vt qui in animis suis insculptas non cernunt, eas in tabulis scriptas legant. Quàmquam hæc tabula nostri Legislatoris, diutius (vt opinor) quàm Decemuirorum duraturæ sunt, si modò vlla sit Respub. quæ honesti & recti curam gerat. His autem legibus scribendis, quis, quæso, nostro TIRAQUELLO aptior reperiri poterat? qui ad rem connubialem natura factus, doctrina excultus, vsu denique confirmatus sit. Etenim ne sis infcius, in connubio suauissimè viuens, iam peruenit ad canos, adeò nullas rei vxoriæ molestias sentiens, vt nudius tertius vxorem duxisse videatur. Ac si quando cum optima coniuge colloquentem còspicias, dicas hercle te audire Aufonium sua carmina vxori recitantem,

*Uxor viuamus, quod viximus, & teneamus*

*Nomina, quæ primo sumpsimus in thalamo:*

*Nec ferat vlla dies, vt commutemur in æuo:*

*Quin iuuenis tibi sim, tuque puella mihi.*

Quamquam hunc amorem non tam efficit corporum voluptas, quàm pietatis in viroque studium, morum similitudo, æqualitas, mutua obsequia, communia pignora. Tam arcta certè & sincera inter eos charitas est, vt inter coniugum laudatissima

tissima paria meritò reponi possint. Nec dubito, quin hic noster Decemuir connubiales leges scribens, in conscientia vitæ suauiter actæ in matrimonio libenter acquiesceret, felix vxore, felix sobole. Soboles enim numerosa illi contigit, ingenua, probæ indolis, vtriusque parentis virtutem referens. Vxor verò castitatis & amoris erga maritum laude celebranda, adeò hercle vt nostro TIRAQUELLO feliciorum in hac re Publium Rubrium Celerem fuisse non existimem, qui monumento suo inscribi iussit, cum Caia Ennia vxore vixisse annos quadraginta tres, menses octo, sine querela. Quamuis autem seuerus sit hic noster Legislator, æquior est tamen, quàm nonnulli, in vxores, & sexum muliebrem, cuius tot flagitia maritis adscribenda putat, qui coniuges suas ad pudorem modestiàmque non instaurant, nec præceptis & disciplina domestica, vitæque honestæ exemplo ad cultum virtutis formant. Habes igitur, studiose Lector, Leges connubiales, quibus si libenter obtemperes, felicem in coniugio vitam exigere poteris. Habes controuersias omnes de re vxoria, quæ inde nasci possunt, & in forum deduci, diligenter explicatas. Legant ergo lucubrationem hanc ducturi vxorem, legant matrimonio iuncti, legant & ecclibes. Nemo erit, (sat scio) qui ex huius lectione fructus vberes non reportet, & nostro connubiali Legislatore gratias ingentes non habeat, per quem intelligant se non parum profecisse. Antea quidem hominem diligebam, verum virtute eius & doctrina, tum discipulis quotidie rebus, tum scriptis, & hoc potissimum opere propius ac certius cognita, tanta ad amorè facta est accessio, vt mihi temperare non poterim, quin tibi & hoc opus & operis autorem, quo possem modo, commendarem. Quamquam quid mea aut cuiusquam prædicatione eget opus tam eruditum, tam necessarium, votis omnium tam expetitur? autor verò adeò celebris? Gratulor propterea mihi & Curia ipsi in qua Præsidis auctoritatem gerimus, quæ tales habeat consiliarios de rebus magnis, & controuersis non minori æquitate, quàm sapientia, conferentes nobiscum & consultants. Gratulor ciuibus, & Gallis hominibus, qui per huiusmodi viros ius suum summa cum integritate obtineant, & rebus ac fortunis tranquillè summòque in otio perfruantur. Maxima verò atque adeò immortales sapientissimo & potētissimo Regi nostro Francisco gratia sunt habendæ, à quo tales rebus gerendis & reipublicæ administrandæ præficiuntur, qui non tantum populo prodesse, verum etiam nomen Gallicum non mediocriter illustrare possint. Lutetia Parisiorum, pridie Calend. Septemb.

I 5 4 5

ROBERTI RIBAVDELLI AD D. I.

SPIFAMVM PRAESIDEM MERITISS. de D. Andrea Tiraquel-  
lo, focero suo.



*Qui prius ingenium foceri me iura docentis  
Admirabar, opes Helladis & Larij,  
Nunc magis admiror magno te autore probatum,  
Quod laus laudati est maxima ab ore viri.*

a 5



MICHAELIS HOSPITALIS.  
REGII IN CURIA PARIISIEN-  
SI SENATORIS.

Qui nondum planè tersus, nondumque politus,  
Olim imprudentis domini liber aenea claustra  
Ruperat, effracto veluti qui carcere fugit  
Himmulus, et spatij decurrere gaudet apertis:  
Tandem opera magna, studioque retractus herili  
Sub clauem, tristisque foros, ibi tempore longo  
Oppressus latuit. Nunc multò, quam fuit ante,  
Diuitior, plenis et iam maturior annis,  
Redditur in lucem: qui tantum distat ab illo,  
Quam grauis et sapiens annis iuuenilibus aetas.  
Vique scias planè perfectum, autore libenti  
Prodit, iudicium, Lector, graue cuius apud te est.

Multa quidem monumenta tuae virtutis habemus  
Andrea, multis venit tibi gloria rebus:  
At te non alio tantum iactaueris vilo,  
Iudice me, nullo ingenium tibi se mage tollet,  
Quam quo vincla doces animis aptare duorum,  
Et quibus ille roget verbis, quibus illa sequatur.  
Quae sunt coniugij stantis, quae iura soluti,  
Vno cuncta simul conclusa volumine iusto.  
Scripseris haud dudum quamuis opus vile, nostro  
De conseruandis in nomine rebus auitis,  
Quae vel nequitia, vel dura sorte propinqui  
Mutarunt dominum, atque alieno iure tenentur:  
Ipsa tibi fecunda licet natura, nouarum  
Quotidie rerum species, formasque ministret,  
Mox alium iungens, alio defuncta, laborem:  
Ingenij specimen nequeas tamen edere maus.  
Sic etenim macra et sterili versatus es in re,  
Tot dotes isibuc, bona tot peregrina tulisti,  
Vt nihil vberius, meliusve haec viderit aetas.  
En, dici quod saepe solet, praestantia posse  
Ingenia e paruis elephantos reddere muscis.  
Sic Culicem noster, sic Graecus lusit Homerus  
Praelia ranarum nunquam pugnata duello.  
Tantò est humanis maior mens ignea rebus,  
Quae penetrat caelos, et tartara tendit ad ima,  
Dilatata, constringit, adauget, diminuit res.

AD

AD LECTOREM. N. CLERICI  
Consil. Regij in Curia Parisiensi.

Ille idem, populum qui annos triginta potentem  
Acquis iudicijs rexit, quem splendida virtus  
Ad summum optauit magna cum laude Senatium,  
Publica qui quondam illustrauit iura, domos nunc  
Instruit hic nostras priuatis legibus. Est hoc,  
Est hominis sapientis opus: nam qui, cedo, possit  
Esse magistratus, dominus qui nesciat esse:

BARTHOLOMAEI FAI, REGII  
in Curia Parisiensi Senatoris.

Quod iuuenis, iam tum veterano cui libet aut par,  
Aut prior, Andreas opus olim Commubiale  
Struxerat, ecce senex incudi reddere pergit.  
Forsitan huic aberat lectissima dictio, seclè  
Praeteriti ipsa loquax infantia praetulit. Atqui  
Principio amufis ringentibus infimulatum.  
Transfugij iacuit, repetito ab origine legum,  
Verum intermisso cultu: tantisper amico  
Doctorem latuitque sinu, experrecta iuuentus  
Dum patrium errorem nouit, pleno hocque theatro  
Plausibile excipiens, in Palladis arce locauit.

Sed malè compactum prius, ordine oportuit apto  
Ponere, idemque modo renouare. Nihil minus: imò  
Sic media extremis coniunxerat, vltima primis,  
Gigneret vt minima mutatio vocis hinc.

Collocupletandum saltem id fuit: omnia necdum  
Attigerat capita argumenti diuitis huius.  
Quin inopinata sterilem farcire sagina  
Visus agrum potius: nam sacrae paginae vtriusque  
Huc accersitis compluribus, atque Sophorum  
Praeceptis scire veluti tetigisset acu rem,  
Appositaeque adeo nostris ciuilibus, hisque  
Per Satyram quasi collectis adtexuit, vt non  
Haec aliunde, peni ac propria, prompsisse putetur.

Omnibus expletum numeris age porro quid isti  
Consilij sarcire, frequens quem numeris ergo  
Cura subit, grauiorque, sinat quam hinc orio abuit.  
Scilicet ille fori quadragenarius actor,  
Pube prius scripti circum praecordia iuris  
Acriter exacta, studijs paribusque verendam

Hanc



Hanc in canitiem protracta, protinus villo  
Iuris vbi scrupulis controuertitur, haeret?  
Iudicij formae anfractibus vsque moratur?  
Efficitus seniove, impar onerive fatiscit?  
Quem non decursu iuuenum commilitij huius  
Assequitur solers, neque viribus hausta, senectus?  
Nemo vel hoc melius canabinos, pyxidid instar  
Pandorae, viru omnigeno plerumque refertos,  
Voluere folliculos sciat, in mediumque referre  
Confessum causas, quibus primum sterve cadatve  
Arbitrium, cuius reuocatio nomine pendet:  
Nemo etiam nodos aperire, enigmata Iuris  
Doctius, ac vbiuis occurrant, soluere: nemo  
Sanctius, ac maiore animi candore, rogatus  
Quid tum proposita statuendum sentiat in re,  
Dicere: duritiem legis quoque flectere ad aequum.  
Denique in officijs hoc nemo est promptior. Vt se  
Ad latus alterius referentis corripit, (cuius  
Actat facile quod quisque remisit vltro)  
Membranas replicans, hinc sapius absque specillo  
Has carptim recitans, res quatenus vrget, inanis  
Lectio ne tempus pretiosum prodigat. Hic se  
Disidium varij, quem pro se quisque tuetur,  
Exoritur sensus, dicti cuius ne prehendant  
Ancipitis speciem, rimetur acutius eius  
An commissuras, an nexus extricet harum  
Clarius, haud plane cernas: nihil impigro eidem  
Exciderit, ne musca quidem praeteruolet: auris  
Tinniat ad tenuem quemuis arrecta susurrum.  
Temporis articulos ita verò digerit omnes,  
Vt molles aditus sibi labi perferat aegre.  
Aut atro infuso expiscabitur aufugientes  
Sepiolas, euerriculo praecurrere doctus  
Verborum: aut facti magis eruet intima, nedum  
Nequiter is succisinas impenderit horas.  
Qui pluteos omnes iuuenilibus ante cecidit.  
Ictibus, his demum procliuibus, atque sciurus  
In cancellato gradiens se circum agit orbe.  
Non igitur mirum, si scriptitct, hieque semilem  
Adijciat dextram, quò pristina dona prolepsis  
Confirmet, nunc triceno doctissimus vsu,  
Tot prope pignoribus sublaus. pacta libenter  
Diuinae humanaeque domus consortia seruans,  
Quae, reor, ethnicus afflatus Rex numine primis  
Fundamenta velut fixit cum manibus vrbis

Inde

Inde propaganda. Nam quae subsistere dudum  
Publica res valeat sine fœdere coniugiorum?  
Latius ergo patet thema, angustis neque iuris  
Fimibus arctatur, procurrere quò magis illi  
Collibuit, ne quod prudens vel omitteret hilum.

Hic ferme nimius, Doctoribus inque citandis:  
Tanti pace viri liceat quod dicere. Verum  
Idem sincerus, nec refractarius autor,  
Maluit id, proprio ne quem fraudaret honore.  
Iudicio interea visus non iuris elenchos  
Expresisse meros, sed quibus inductio legum  
Multa paraphrasis intertextu possit iniri.

Quem semel atque iterum versu celebrauit amico,  
Heroum nosster qui non nisi nomine Græco  
Ingre ditur carmen, sed non malus inde Poeta:  
Stultitia haud illum referens, sibi qui gruis olim  
Oprauit collum: sed qui hac praestabilis arte,  
Rara animi quoque libertate Philoxenus, vna  
Induxit metra quaeque Dionysca litura.  
Is, sed me reprimam, dealbare fidelia eadem  
Ne geminos videar splendentes vndique muros.

IACOBVS VERIVSIVS TORNVTVS, CV-  
ria Parisiensis Consiliarius, in editum ab Andrea Tira-  
quello collega suo libellum, hoc carmen  
ludabat, 1546.

Dum Iuno innumeris sentit connubia formis  
Sacra prophanari, tum Dea conqueritur.  
Concilium cogit reliquarum maesta Dearum.  
Quae tanti esse potest, dicite, causa mali?  
Exleges, aiunt, sunt vxor & ipse maritus:  
Nec bene coniugij seruat vterque faces.  
Huic morbo quaerenda salus: tu delige, si cui  
Diua viro faueas, qui tua iura ferat.  
Delige, cui commissa tibi mysteria mandes,  
Possit qui leges, Iuno, docere tuas.  
Protinus Andreae meminit Dea, eumque fauoris  
Argumenta sui plura tulisse refert.  
Grata vxore frui, fauor est non paruus: & illam  
Ex vno natos tot peperisse, fauor.  
Quin, quòd facienda est vxor, quòd dedita sacris,  
Quòd non indocta est, quòdque pudica, fauor.  
Acclamant omnes, qui scribat dignius, esse  
Neminem; & huic mandant munera tanta viro.

B



*Affensit Dea, & Andrea committit, ut ipse  
Hæc ferat, hæc dicet nomine iura suo.  
Crede igitur, liber hic ex sacro numine Diuum  
Prodiit, & sacer est, nec nisi sacra docet.  
Hunc legite vxores, illum seruate mariti:  
Hoc iure vxores viuite, vosque viri.*

**D. ANDREAE TIRAQVELLO PARI-**  
sienſi Senatori amplius. **Salmonius Macrinus,**

*Docte permultum Tiraquelle miror,  
Curia caufis ita te occupatum,  
Ex Senatorum numero & verendis  
Patribus vnum:  
Addo tam denſe ſobolis parentem,  
Floridaque vxoris adhuc maritum,  
Cum tamen matres ea panè partu  
Vicerit omnes:  
Miror, inquam, te potuiſſe tantos  
Et tot autores ſtudio belluatum  
Improbo, excerptas cumulaſſe tot res  
Ordine pulchro.  
Quippe tu callens viriſque lingue,  
Non modò auguſtas, tua penſa leges,  
Ac ſacroſanctos Canonas, picæque  
Dogmata vitæ:  
Rhetorum at libros, veterumque vatum,  
Quicquid & ſcripſere recentiores,  
Prorſus hauſiſti ſtitiens, & ora  
Impigra mergens.  
Nulla geſtarum monumenta rerum  
Te latent: noſti medicas & artes:  
Abditæ & noſti ſophiæ, & Matheſis  
Scripta vetuſta.  
Omnium, Andrea, potes vnus inſtar  
Eſſe, vii quondam Antimachus Platoni  
Dixit: humani ingenij & probas, qua  
Quantaque ſit vis.  
Pictones tali celebres alumno  
Hinc tuos æque tuncant ob ortus,  
Ac ſuo tellus Cecropis Solone,  
Sparta Lycurgo.  
Idem.  
Quæſtio de varijs ſi fortè coloribus orta eſt,  
Iudicis baud partes cæcus obire poteſt.*

Hic

*Hic de connubijs agitur, de lege marita,  
Quid facere vxorem, conueniatque virum:  
Edita quopacto rectè ſit alenda propago,  
Et quibus inſtitui debeat illa modis.  
Quis melius quàm tu queat id Tiraquelle docere?  
Cui proba ſit coniuu, pignora totque domi:  
Quique in coniugio multos ita vixeris annos,  
Læſerit vt caſtum nulla querela torum.  
Næ norit quam quiſque, in ea ſe exerceat, artem,  
Vt meus inſigni carmine Flaccus ait.*

**ANDREAE TIRAQVELLO**  
Claudius Coteræus.

*Qui binis manibus totidem coniungit, agène  
Is, quæcumque volet, cautius & citius?  
Sic binis oculis binos adiunge, videbis  
Certius obiectum, pluraque proſpicias.  
Hæc tibi connubium: cum quo dum, vir bone, regnas,  
Vxori & natis ſcribere iura potes.  
Non abs re id facias: nam iura adſunt, vbi lites:  
Perpetuus morbis aſſiduus medicus.*



NICOLAVS QVAELAINVS,  
INQUISITIONUM IN CURIA PA-

risiensi Praeses, Andreae Tiraquello, eiusdem Curiae  
Consiliario, doctissimo.



LEGANTISSIMVM tuum de Legibus Con-  
nubialibus & Iure maritali librum, quem su-  
pra annos abhinc 25. plus minus edideras, Ti-  
raquelle humanissime, cum semel atq; iterum  
perlegisē, diu apud me anceps cogitavi, quo-  
nam iudicio à D. Paulo dictum esset, homini  
commodum esse, vxorem nō attingere. Adeo  
magnos, & vberes fructus, matrimonium vni-  
uerso generi humano afferre, ex illo tuo do-  
ctissimo opere didiceram. Veneratq; tum mihi in mentem Metelli Nu-  
midici, cui si librum tuum videre licuisset, nunquam, mea certē senten-  
tia, iustis connubiis iniquior in hæc verba prorupisset: Si sine vxore esse  
possemus, Quirites, omnes ea molestia lubēter careremus: sed quoniam  
ita natura tradidit, vt nec cum illis satis commodē, nec sine illis vllō  
modo viui possit, salutē perpetuæ potius, quàm breui voluptati, consu-  
lendū est. Quis enim inspectis tuis legibus, nō iudicabit beatissimum  
esse & fortunatissimum, cum vxore vitam in matrimonio transigere,  
si secundum eas, in deligenda, instituendāq; vxore, tam diligenter sibi  
quisq; prospiciat, quàm tu ad eam rem appositissimas vtilissimāsq; le-  
ges omnibus præscripsisti? Cui quidem periucūdo nec minūs fructuoso  
operi, cum te accessionem parare, & eam incudi adornare intelligerē,  
non potui pro meo erga te amore, & propenso in Remp. studio, nō hoc  
epistolio te hortari, vt accessionis eius editionē accelerares, ipsi Reip.  
in primis vtilem, ac etiam necessariam. Nam cum matrimonium præ-  
cipuam esse radicem, & fontem primarium, vnde bona pars felicitatis  
humanæ scaturiat, nemo est qui ignoret, an non ex vsu Reip. fuerit, ma-  
trimonij rectē instituendi, & instituti bene conseruandi leges præscri-  
bere? Quorum vtrunq; tanta fide, diligentia, arte, studiōq; abs te eo li-  
bro doctē & copiosē pertractatum est, vt iam nemo superfit eorum, qui  
tuum in deligendis vxoribus consilium sunt experti, qui coniugalem  
vitam, cæteris omnibus viuendi generibus non anteponat: vt interim  
de iis taceam, quos in cœlibe vita coniugum fortunam vel admirari  
cogis. Perge itaq; Tiraquelle doctissime, perge, inquam, librum tuum  
varia, multipliciq; ac recondita quadam & singulari eruditione refer-  
tum in lucem emittere, & literatos omnes, quos nouis in dies officii  
magis ac magis tibi deuincis, scriptorum abs te librorum, quos supra  
nonnum iam annum præsisisti, editione demereri stude. Vale.

EIVSD

EIVSDEM AD LECTOREM.

Dulcia lector amas? sunt hic dulcissima quæque.  
Vtilia an quæris? Nil legis vtilius.  
Siue, vtrunque voles, Tiraquellus abundat vtroque,  
Quo linguam excornes, quoque colas animum.  
Si vis connubij fontes, si vt Iulia cesset  
Lex in adulterijs, hæc Tiraquellus habet.  
Hac lege, quæ pulchra faciunt te prole parentem,  
Quæq; regenda docent qua ratione domus.

ALEXANDRI GOEVROTII IN EA-  
dem Curia Consiliarij, alludentis ad patriam,  
oppidum, & nomen autoris.

Præcipiti currit Pictis fons patrius vnda.  
Urbs, cuius, referunt nomina fontis aqua.  
Urbis Apollineæ riuus fons vndique manat,  
Quæ circumflectit docta Diana choros.

EIVSDEM.

Sparge marite nuces, fontem duc pronuba Iuno.  
Instaurant nuptis fœdera fontis aqua.

IACOBI PELETARII CE-  
nomani Hexastichon.

Hic tibi Natura leges, diuinæque iura,  
Atque humana vno sunt resoluta libro,  
Coniugij vt discas quænam sint vincula, ritus,  
Delicia, imperium, pax, amor, atque fides.  
Est ergo interpretes Natura hominumque Deūmq;  
Qui tibi tam doctum dat Tiraquellus opus.





MICHAEL TIRAQVEL-  
LVS FONTINIENSIS PRAEFE-  
CTVS LECTORI SAL.



ANDREAS Tiraquellus, parens meus, paulò post quàm uxorem duxisset, Commentarium de Legibus connubialibus ediderat. Id opus, etsi multis mendis, peruersionibusq; typographi negligentia scatens, cum sic rectissimis studiis atq; artibus praediti homines amplecterentur, vt multa exemplaria paucis admodum annis, per omnes ferè terrarum oras circulata sint (omnibus enim coactis scriptoribus, quod quisque commodissime scripsisse videbatur, magno studio excerpserat, & ex variis ingeniis excellentissima quæq; libauerat, atq; in hoc *συντάγμα* cōiecerat, adeò vt nullum omnino cōmētationis genus Bibliotheca rectius inscribatur) cum mea sponte, tum amicorum hortatu, eum orauit, vt librum formis denuo exprimi pateretur. Quod etsi mihi abnuisset, (otij enim tantum sibi non esse, asserabat, vt Cōmētarios opistographos quidem illos, et minutissimè scriptos relegeret) precari tamen atque obtestari non destiti. Ad extremum pietas erga fratrem (quid enim fratrem factum eum non appellè, qui mei patris mente, vt Iouis cerebro Pallas, editus, mihi plus quàm cōsanguineus est?) ita importunum flagitatorum reddidit, vt lucis huius aspectum ei tandem exorarim. Quod tamen antè cōsequi non potui, quàm me ex eius chirographo diligenter omnia descripturum recipere, exemplumq; quod typographus sequeretur, conficerem. Quæ laborum hoc lubetius suscepi, quod hac mea opera effectum iri sperarem, vt opus acri & certo grauisimorum hominum iudicio probatum, in publicum exiret. Tu igitur eo Lector frui, & Andream Tiraquello parenti meo, cuius studium in publicis commodis promouendis nunquam quiescit, gratiam habeto, Vale Fontini. Anno 1545.

ANDR



ANDREAS TIRAQVELLVS  
CANDIDO LECTORI  
SALVTEM.



MAXIMAM IIS deberi ab omnibus gratiam, qui de Rep. literaria bene mereri studet, Candide Lector, nemo est ad eum rerum iniquus aestimator, qui inficiari audeat, si modo verum est, quod à Cicerone, Romana eloquentia parente, accepimus, Nullum viuendi genus sine literis commodè institui posse. Equidem cum ab ineunte ætate me totum literarum studio deuouissem, omnes animi ingenique neruos eò semper contuli, intendique, vt quoquo modo bonarum disciplinarum studiosus, si non multum, at certè quoad liceret, pro viribus proficere. Quod vt consequi possem, neque sumptibus in comparandis mihi bonis autoribus, neque vigiliis in iis euoluendis vnquam pepercii: & tamen parum feliciter mihi ea res hactenus successit. Nam cum ante annos plus minus triginta, Tractatum de Legibus connubialibus & iure maritali, in communem studiosorum vtilitatem, non sine labore maximo edidissem, fuerunt qui lucubrationes meas sibi impudenter adscribere cupientes, quas sciebant cum plausu aliquo à viris doctis excipi, totum eum librum quasi membratim disceptum, cum mendis, quibus librorum incuria priores editiones scatebant, in suas commentationes transferre ac transcribere non erubuerint. Qua ego rei indignitate commotus, omnino ab hoc scribendi genere mihi abstinendum duxeram, ne quid tale in posterum in libros meos committerent. Verum hoc meum consilium vicit amicorum quorundam, non infima nota virorum, necessitudo, quibus aliquando, ea quæ mihi in memoriae subsidium adnotaram, communicauit, nihil tamen minus cogitans, quàm vt me autore, in publicum prodirent. Quæ cum illi studiosè perlegissent, impensè probare, commendare, admirari etiam (quod citra arrogantiam dictum velim) visi sunt, atque vt in lucem emitterem instantissimè flagitare, adeò vt & minaretur se edituros, quæ ex illis meis commentariis excerpserant & adseruabant, si ipse editionem diutius differrem. Sic enim mecum expostulabant, Quandiu quos in scriptis tuis thesauros habes, ceu Plautinus quidam Euclio, suppresses? quandiu eos publica studiosorum vtilitati inuidebis? An ignoras, bracteata fortunæ bona communione decrescere ac minui: vera bona, quod latius dif-

B 4



fuderis, eò meliora reddi & illustriora: Quandiu tam doctos commentarios in apertum proferre ac expromere cunctaberis? Tum egomet mihi succensere cœpi, qui libros meos tanto tempore apud tales viros esse permisissimem, vt ex eis aliquid exscribendi orium fuisset, quod mihi vel inuito, cætera edendi necessitatem adferret. Negabant enim se diutiùs, quod habebant, pressuros, etiamsi ipse grauarer reliqua addere: sed potiùs opus ἀνεφελου emissuros, quàm tãto commodo studia amãtiũ bonas disciplinas fraudaturos. Ego contrà causabar occupationes, atatem, curam rei familiaris, & alia non pauca, per quæ mihi non licebat ea quæ olim scripseram, relegere, etiamsi maximè edita cuperem. Verùm illi huiuscemodi excusationes minimè admittentes, cum tamen & iustæ essent, & verissimæ, quò constantiùs illis refragabar, hòc impensius vrgebant: neque priùs cessarunt, quàm me de sententia deiectum cognouerint. Eorum itaque cum precibus, tum minis victus, dedi herbam, & passus sum exire nuper Commentarios de Retractib. vtinam dextris auibus, hoc certè consilio, vt vel fatiati desinerent flagitare maiora, vel ipsi certè desisterent ab edendi consilio, quod præ se ferre videbantur. Sed nec ea editione ipsorum desiderio satisfactum est: imò viribus nõdum bene recollectis ab vniuerso eo labore, qui in editione eorum Commentariorum mihi necessariò subeundus fuit, impetrarunt, imò verò extuderunt ac extorsertunt eius operis recognitionem, cuius antè meminì, id est, De legibus connubialibus: quod ita à me auctum, & multis iisquæ nouis accessionibus (quas tibi non minus vtiles, quàm iucundas, fore confido, studiose Lector) locupletatum est, vt iam nouum opus meritò videri possit, licèt re vera ne apicem quidem editionis spe ab initio adiunxissem: sed in eum librum, quicquid egregium & notatu dignum quotidiana lectio, vel ipse forensium rerum vltus suppeditabat, tanquam in penum aliquem, ne memoria excideret, tumultuariè & (vt ita dicam) ἀπορρηστος congregabam. Habes itaque, Candide Lector, consilij mei rationem: habes opus, argumento quidem & inscriptione tibi notũ, cæterum stylo, rerum copia, & ordine, nouum, in quo multa ab ipsa antiquitate repetita, non pauca ex Theologis, Medicis, Philosophis, & cæteris humanitatis, vt vocant, autoribus, cum Græcis, tum Latinis, (quos omnes non ex professo, sed obiter quandoque aliud agentes interuissimus,) explicata comperies: vt interim infinita Iuris vtriusque loca, à me hoc libro partim enarrata, partim integritati restituta, omittam: quæ si tibi probari sensero, abundè magnum laborum meorum fructum percepisse fatebor, neque ynquam me huius editionis pœnitebit. Vale Lector & fruere.

ANDR



ANDREAS TIRAQVEL  
LVVS STVDIOSIS.



QVOD votis omnibus patres, atque atavi nostri, optauerunt, optandũque imprimis censuerunt, vt statim vel paulò post perfectum absolutũque cernerent opus, iam tum eximie inchoatum, instaurate post longa secula lingue Latine: id nõstra demum etate consecutos se Dei Opt. Max. beneficio plerique omnes existimant. Passim enim videmus Latine non rhetoricari solum, sed etiam philosophari, ἀγυμῶν, γυμνασίων, δεωδωρῶν: idque sic Latine, vt Barbaris illis sexagenarijs, qui sibi in disciplinis quibusq; tanquã in latifundijs prædij que suis regnabant non impudenter magis, quàm superciliosè, de ponte deiectis, vix fugæ locus vllus tutus sit. Plaudenda sanè rerũ catastrophe. Verùm ea fatorum vis est, vt mala, cum in inimum vitiorum descenderunt, tum demum exolescere incipiant: & vice versa, bona degenerare, cum ad summum profectus euaserunt. Mouentur scilicet omnia, nec stare diu quicquam rerum natura patitur. Sic Roma illa caput orbis, cum ab exiguis profecta in initijs eò creuisset, vt, quod Luuius ait, magnitudine sua laboraret, sic funditus diruta iacet, vt solis extet ruinis. Sic & corporis habitus, cum ad summum bonitatis deuenierit, quod scribit Hippocrates id est, cum mensuram crescendi impleuerit, vt interpretatur D. Hieronymus, in deterius labatur oportet, nisi continuo soluatur, vt rursus habeat, in quo possit crescere. Id nunc agunt studioforum ingenia, vt literæ ille, quæ vulgato, adpositoque nomine humane vocantur, non solum instaurantur, & vt cum nostris Iuris autoribus loquar, restituantur in integrum, in suũque statum illum pristinum veluti postliminio reuertantur: verum etiam alius, si fieri possit, fastigium attollant, nec iam nobis pœnitendus sit (id quod plerique censent) sed plaudendus potiùs earum multis seculis interitus. In Iuris legũque scientia nitore suo restituenda, plus aliquanto negotij, quàm in reliquis, videbatur, tum propter discipline eius præstantiam, tum propter Barbarorum, arcem ipsius ter longissima temporis præscriptione vsque occupantium, pernicitiam. Tanta quippe fuit quondam Iuris amplitudo, tantus legum nitore, tanta Iurisconsultorum priscorum & eruditio, & eloquentia, vt si illorum industriã describere, & laudare lætæ ætatis velim, non proœmium, sed librum integrum explendum habeam. Vno tantum verbo eos describam, quo se maximè Demosthenes ἄρτι τῶν συμφορῶν πρiscos Athenienses laudare dicebat. ἔγω γὰρ ἐκείνων μὴ ἐπαύου ἢ γυναικῶν ἢ ἰατρῶν ἢ ἰουρατῶν ἢ ἄλλων ἄλλων, ὅτι πᾶσι γερμενέων, μέγα τῶν ὅτι ἐκείνων πρᾶξι δὲ τῶν ὁδῶν ἀλλοι πρᾶξι δὲ τῶν ἀλλοι δὲ τῶν ἄλλων. Nec est, quod magis admirem quàm tot seculis neminem extitisse, qui illorum ingenium & eloquentiam, non dico superare (id enim supra votum semper fore credo) sed assequi, emulari, vel etiam imitari potuerit. Certant nostra etate multi cum Liuiò: non pauci Terentium effingunt: Ciceronis simie complures sunt: Ouidium multi è vestigio imitantur: ad Maronem venam quidam aspirant: qui hætenus Vlpianum, Paulum, Papinianum & ceteros Iurisconsultos post annos plus minùs mille ducentos reddere vel studeat, vel speret, vt diatribas omnes obierit, neminem certè reperies. Tanto enim eloquentie fulgore legum tenebras illustrant, vt admirationis materiam magis, quàm imitationis spem, posteris reliquisse videantur. Quid, quæso, vel Vlpiano eloquētius, vel Paulo neruosiùs, vel Callistrato doctius, vel Papiniano acutius, vel Scæuola prescius, vel Catio strouentius, vel Africano subtilius, vel Pomponio iucundius, vel Celso nitidius, vel Tryphonio candidus? vt ceteros non inferioris notæ taceam. Quanquam ne nostra quidem tempestate effata sit natura, quin paria illis ingenia producat, modò solertiissima perspicacissimãque quæque ingenia in eam vnã philosophiæ partem (pars enim est non infima philosophiæ legum iurisque peritia) si Tullio, Vlpiano, Iustiniano credimus) incumbant. Certè quo vno promoueri potissimum



poteramus id nos maxime deficit. Ea sunt luculentissima Iuriconsultorum illorum monumeta, quae Iustinianum primum culpa, deinde longa temporum iniuria perisse creduntur. His accedit, quod non alij temere ulli rerum publicarum gubernaculis admoventur, non alij rerum habenas obtinent, non alij Regum vel Imperatorum latus cingunt, quam qui legum iurisque scientie opinione celebrantur. Et erat sane hanc in vulgum spargi de Iuriconsultis opinionem iustissimum: nec Reges nunc, aut respublicas falleret, si ij essent ipsi, quales dicuntur, ac creduntur, qualesque priscos illos fuisse constat, in omni scilicet disciplina exercitatos, antiquitatis non ignaros, historiarum scientes, in Philosophorum gymnasijs expolitos, rerumque visu et experientia probatos. Tales enim esse decet, et qui ad Reipub. munia capeffenda destinantur, et quibus principes stipati, augustiores se vulgo haberi volunt. Sunt tamen nostro quoque seculo non parum multi, a quibus vetustatem belle interpolari experimur, quorumque auspicijs si summa rerum reverentur, alius esset regnorum verumque publicarum status. Sunt Budaeus, sunt Deloini, sunt Valerae, sunt Mimitij, sunt Beraldi. Longolius anno superiore magna literarum iactura occubuit. Habet Anglia suos Tunstallus, Paceos, Moros: habet Germania Capionios, Zaxios, Cantiuiculas: Italia Cottas, Alciatos. Et ne singulos perensem Iuriconsultos, quibus etas nostra beata censetur, angulus nullus usquam est, in quo non aliquis ingenium suum ad vetustatis normam exigat. Quo nomine seculo nostro gratulari frequenter soleo, adeo ingeniorum feracium Tullius sancte deierare ausus sit, singulas etas vix binos oratores habuisse. Nunquam tamen tam bene cum rebus mortalium actum est, ut in illo ordine non maior pars (quod est apud Livium) vincat meliorem. Sunt passim rabule forenses, sunt quos Demosthenes adversus Aeschinem, ἀρεμολόγος et παρρησιαστής et ἀρογός, Demosthenes alter Latinus Leguleios vocat, Gothorum reliquiae, quibus operum etiam in circulis, in conuivijs (neque enim iam palam audent) ex longo exilio redeuntibus literis melioribus obstrepere. Quia ergo, ut iam dixi, homines isti totius humanitatis expertes, rerum summam plevunque suo arbitratu moderantur, in eoque sunt ordine, qui (quod Leges xij. tabularum precipiunt) vitio vacare creditur, ceteris specimen est: adeo mordicus putria ista iuris, ut ita dicam, simulacra retentant, ut animam potius ex sedibus suis, quam ea ex manibus extudi patiantur: pro illisque non secus, atque pro aris et focis, certare tota ope consueverunt. Turpe enim putant, sibi que noxae futurum, si semel vulgus eos intus et in cute dignoscatur. Tum demum enim detracta deo ista magistratum et dignitatum, in pistrinum dedendos se praecedunt. Ea sunt, quae amores istos nostros, dies noctesque sollicitos habent, ne quid exeat, ne quid excudatur, ne quid importetur, ne quid editum, excusum, importatum legatur, quod in Accusatum, aut Bartolum incurrat. Horum enim confirmatam, ac sacrosanctam multorum seculorum opinione autoritatem conuelli, aut labefactari piaculare esse putant: veteribus (sic enim heri, vel nudius tertius natae barbariam vocitant) stari malunt, nihil ex antiquo motum probant. Hi sunt, quibus apud Tullium, etiam alabastrum plenus unguenti putrefcere videtur, qui nihil legere sibi imperarunt, nisi quod D. quod C. quod S. quod extra, in auth. quod glo. Bar. Bal. Immo. Osti. Io. An. identidem literis pollicaribus, tanquam gemmis quibusdam, illustratum, primo statim conspectu viderunt. Cum his mihi, ceterisque literaturae humanioris studiosis, non bellum solum, sed praelium duntaxat, verum certamen prope quotidianum est: exercenturque vulgo maledictis etiam paruulorum. Nec ullus est eorum, qui animi contentionem ad augustiores illas disciplinas appulerunt, qui non sibi praeculis statim, ut in eis professus fuerit, proponat de his vel triumphare, vel spoliis aliquod referre. Sic etenim tum demum se dignos arbitrantur, qui in doctorum senatum assumantur. Indidem tot iam legum genuina interpretatio, tot titulorum iuris sincerus sensus illis extortus est manibus, et antiquis possessoribus assertus. Ornantur studioforum aedes, et bibliothecae libris eius notae, tanquam manibus spoliisque hostium. Et inter hos nostrae atque etiam superioris memoriae iuris tum peritos, tum studiosos, ad publica decora excitatos, consilia varia diuersaque animaduerto. Sunt enim, qui cum possent, nolunt mentis suae sensum testimonijs illustrioribus firmare. Congruum etiam magis, et aequius censent, collato pede, paribusque armis in praelium descendere, et instar Davidis illius hostis ignauissimi ceruicem proprio mucrone ferire. Sunt qui non nisi deauratis, et insignibus, planaque Romanis armis, sibi decertandum putant, stylumque non ad praesentem scenam, sed ad tempora paulo mox futura accomodant, Menandrum imitati, qui, teste Quintiliano, iustiora posterorum, quam suae etatis, iudicia consecutus est. Cum his manum Barbari conferentes, se potius oculisque victos dici audiunt, quam sentiunt. Triumphat

tamen

tamen et victi, apud suos atque etiam adversarios non minus, quam qui vere debellarunt: dubiam scilicet eam victoriam esse putant, quam non intelligunt, quam de se fieri, quia nesciunt, non existimant. Ego certe, ut de me tandem dicere incipiam, cum iam inde ab adolescentia ita affectus essem, ut magnopere cuperem Pictones municipales meos, gentem alioquin nec bardam, nec stupidam, ad augustiorem hanc Philosophiae partem capeffendam illustrandamque animare, Commentarios inchoaveram ante annos prope septem in consuetudinibus eorum, non sublimi illo grauique dicendi stylo, quem effingere, si velim, nequeam: neque si maxime possem, in hoc certe argumenti genere vellem. Ea semper fuit consilij mei ratio. Noui enim et scio, qui fructus eius existat apud eos, qui iuuant potissimum erant. Scio item quam frigeant iaceantque Commentationes ille, quae prorsus nitore carent, nihilque aliud quam legum capita sonant. Mediam quandam viam iniui. (medio enim tutissime commodissimeque itur) sic que stylum contemperavi, ut legentes nostri ea, quae tanquam propria agnoscunt, imprudentes in ea incidant, quae nosse maxime debuerat. Ea sunt Philosophorum placita, Oratorum decreta, antiquitatis historiarumque monumenta, Poetarum carmina, populorum ritus, mores gentium, quibus D. glo. Bart. et alias huiusmodi notae inferioris notae et doctrine scriptorum, tanquam hamum esca obtrexisse mihi videor, quo sensum vorato velut inuiti aut imprudentes ad lectionem humaniorum scriptorum attraherentur: iam inde (ut ille ab unguibus leonem) intelligentes, alios esse libros, quibus maxime niti asserique possit, et illustrari iuris legumque peritia. Eius porro libri sectionem quae de legibus conuivialibus erat, vix prima de formatam manu (ut Horatij verbis utar) nedum extremam expertam, amicum quidam alteri, qui sibi legendam a me imperarat, subripuit: sublatamque, inscio me, et eo cui legendam dederam, impressori excudendam tradidit. Circumferitur interim libellus ille teriturque legentium manibus: ego quoque interim reliquum opus mediator, et parvo, cum ecce Almaricus Buchardus Sactonum Supp. effectus, amicus hospesque meus, librum adversus me nuncupatim edit: libellum illum meum (argumentis quam adpositis, tuum erit, Candide Lector, iudicium) concidit, sigillas, conterit. Dolui equidem non tam quod ille nihil a me lesus adversus me scripisset, neque enim mihi magnopere ab huiusmodi timendum puto, quam quod homo amicus, cuius nomen quam celeberrimum clarissimumque esse cupio, tale sui specimen dederit. Ego quid hic dissimularem? at prouinciatim nomen meum viuo me, quod atunt, et videntem traducitur. Tacerem? at conuicijs amicorum prope quotidianis impotentique desyderio satisfaciendum fuit. Opus totum commentariorum nostrorum semel ederem? at romi et ingentes, et multi, quos vix datum est recognoscere. Haec menses aliquot voluenti, animoque versanti, tandem mihi visum est, sectionem eandem, multis, quae subterpua videbantur, derasis, sed multo pluribus adiectis, amicis efflagitantibus, ut offam Cerbero, obrudere. In qua et ut per eum et ad praesentem, et Almarico, qui eam ipsam insectatus est, obiter respondeo, non eum titulo statim a lumine perstringens, non obiecta omnia sigillatim refutans, non conuicia conuicijs retaliens, non singula eius argumenta et capita excutiens et examinans (id enim amicitiae nostrae veteri condonare mihi persuasi) sed locos tantum illos firmans et amplians, quos ille labefactare et conuellere conatus est. Tu lector oprime, quicquid id est operis, boni consules, tomisque ceteros aliquot, eiusdem farinae expectabis, quibus uniuersas Pictonum leges municipales, quas consuetudines vocant, enarrare, illustrare, enodareque studuimus. Valeto.

Anno 1524.

GVIL



G. Rouillius Lectori S.

**N**ON EST quòd rei nouitate offendaris, cande Lector, si hoc in opere excudendo nonnihil videamur deflexisse à protritit typographorum vestigiis, qui in Iurisprudentium Còmentariis Pandectarum libros non temere aliter, quàm notæ huius ff. compendio, solent annotare. Nam cùm eius consuetudinis initium à crassa tantùm superiorū ætatum inciticia profectum, nullaque iusta ratione subnixum constaret: nihil causæ visum est, cur eam Barbariem, quantumuis inueteratam, tam pertinaciter tueremur: cùm præsertim veteres ea nota vfos non fuisse, satis constaret. Auspicatius itaque visi sumus facturi, si geminum illud Digamma Aeolicum, D litera, quæ primum in Digestorum nomine locum obtinet, grauisimam præsertim autoribus, commutarem. In qua tamen effingenda tam feliciter lusit scalptoris ingenium, vt veterem illam notam eodem incluserit elemento: idque eo, ni fallor, consilio, vt morosioribus etiam illis fieret satis, qui inuento iam frugum vsu, à glandibus tamen auelli non possunt. Vale.

CON



CONSVETVDINVM  
PICTAVIAE TITVLVS  
DECIMVSQVINTVS.

De la puissance & administration des maryz, §. Primus.

**D**Es ce, que homme & femme, soyent nobles, ou roturiers, sont mariez ensemble au pais de Poictou, par la coustume d'icelluy, la femme est en pouoir de son mary, & n'est plus en pouoir de son pere, si elle l'auoit. Et ne peult valablement contracter, sans le consentement exprez de son mary, durât leur mariage, ne administrer les biens commus d'entre eulx, ne les siens propres, sans l'auctorité & consentement de son dict mary.

**C**Onimò quàm vir & femina, siue nobiles, siue ignobiles, matrimonium simul inierunt in Pictauia, ex more illius gentis, vxor est in potestate mariti, nec amplius est in potestate patris: nec potest vtiliter contrahere sine consensu expresso ipsius mariti, nec bona eorum communia, ac nec sua quidem propria, sine auctoritate & consensu eius, administrare.

GLOSSAE PRIMAE XVI. LEGES  
CONVBIALES COMPLE-  
TENTIS, PARS PRIMA.



**V**IDES IGITVR, Candidissime Lector, ex Pictauorum consuetudine, vxorem esse in potestate viri, non patris. Eaque ferè perpetua est & generalis in Gallia. Ex Romanorum verò legibus, vxor contra in potestate patris est, non viri. l. j. in fin. & l. seq. D. de libe. exhi. & l. j. §. quòd si in patris. & l. quoties. ff. solu. matr. & l. j. §. j. D. de libe. agno. & l. j. vlti. & ibi glos. & Bar. & l. cū qui. §. si nupta. D. de iniur. & in l. sed interim. §. idem ait. & ibi Bald. qui eum §. legit cum l. si eum seruum. §. inter virum. D. de dona. inter virum & vxor. & l. ij. & l. nec inter. & l. si vt proponis. C. cod. & l. filia. la. ij. & l. licet in facris. C. de colla. & l. si vxor. & ibi glos. Cy. Bart. Alber. Bal. & Saly. C. de condi. infer. & l. j. & ibi quoque Cy. Fab. Bald. Paul. Castr. & Corne. & iterum l. quod scitis. rur-

Vxor non in  
viri potestate  
est. sed patris.  
Ro. legibus.



fumque l. non sine. C. de bo. qua. libe. & l. si vt proponis. C. de nupt. & l. dos à patre. & ibi glo. j. C. fol. mar. & §. j. in fi. & ibi Angel. Are. Instit. de S. C. Tertul. & §. vlt. verficul. sin autem sub potestate, in auth. de aqua. doti. Et not. glos. in l. parentes, & ibi Pau. Cast. & Roman. qui eam l. legunt cum §. vlt. l. rei iudicatar. D. fol. matri. & in l. item legato. §. vlt. & ibi Alber. D. de lega. ij. & Io. An. post Ros. in addit. Specul. titu. qui filij sunt legit. col. ij. in addi. cuius initium est, Ros. in pratoria. Signo. Homod. con. 156. quaestio disputanda, col. v. Bal. con. 137. quidam nobiliss. col. j. lib. j. & confi. 226. praemis verbis statuti, verfic. praeterea nupta, li. v. & Pe. An. con. 213. pro isto patre, in prin. Card. Flo. con. 91. respondeo, paulo ante fi. Panor. in c. non est, col. j. extra de spon. & in c. cum contingat, col. vj. verfi. venio ad secundam, de foro. comper. & in c. mulieres, in j. nota. de sen. excom. & in c. literas, col. vlt. de restit. spolia. & in c. ex parte, col. ij. eo. tit. Anto. Prat. inter conf. Alexand. con. 13. verè crudelis, col. j. verfi. & si fortè lib. iij. & ipse Alexan. con. 125. viso processu, col. ij. verfi. praeterea posito, li. vij. & Franc. Aret. con. 72. praesupponitur, col. ij. & Fran. Curt. senior confi. 9. Ticinensi statuto, col. antep. & confi. 64. antiq. uisima, col. xvj. verfi. ad tertium, & Corne. confi. 55. pro decisione, col. antep. in fi. lib. j. & con. 26. videtur dicendum, col. vlt. lib. iij. & con. 177. circa quod, ante finem, col. l. iij. & Soci. confi. 224. praefens consultatio, col. vij. verfi. iij. ad idem, li. ij. vbi ex hoc colligit, quod remanet agnata, & sua. & Io. Crotus in rep. l. frater à fratre, in xvj. quest. D. de condi. indeb. & doc. vbi que. Nam nec filius ipse familiàs per matrimonium liberatur patria potestate. l. inter. §. filius fa. & l. marito. §. ceterum, & l. filium fa. de adul.

2 Nisi tamen, quantum ad filiam, in duobus, videlicet in concubitu, quem carnis debitum nostri vocant, & in operis: in quibus de iure civili vxor est in potestate mariti, non etiam patris, vt voluit gl. in d. l. si vxorem. & in d. §. j. & ibi quoque Angel. Aret. Instit. de S. C. Tertul. per text. in l. sicut. D. de oper. liber. & glos. in c. quod Deo. xxxij. q. v. & Bart. in d. l. j. §. j. D. de iniur. Idem Bart. Imo. Pau. Ca. in d. l. rei iudicatar. iuncta l. sequent. D. fol. mat. Bal. in l. asiduis, col. j. in fi. C. qui poti. in pig. hab. & in c. j. verfi. quæro vtum vxor. tit. an. marit. succe. vxo. in benef. Panor. in d. c. literas, col. penul. de resti. spol. & in c. literis, in fi. de testibus. & in c. illud, col. vj. verfi. ad propositum, de praesumpt. & in d. c. mulieres, de sent. excom. Ioan. Ana. in c. cum caussa, col. ij. verfic. nota quod contradictio, de rapt. & Anto. à Prat. d. confi. 133. vbi luculentissimè differit, de quibus operis hoc intelligi debeat. Et Franc. Curt. senior dicto confi. 9. vbi supra.

3 Dicit tamen Io. Fab. in d. §. j. Instit. de S. C. Tertul. quod ex consuetudine Francia vxor transit in viri potestatem, quanuis etiam remaneat in patris potestate. Idem verò Fab. in §. ij. col. ij. verfi. quid si vir. Instit. quod cum eo, dicit simpliciter, quod in partibus Francia vxor est in potestate viri, nulla de patris potestate facta mentione. Et idem dicit in l. j. C. de bo. mater. & in l. non sine. C. de bon. qua. libe.

4 Atqui ex nostra consuetudine, vt hic scribitur, vxor est in potestate viri duntaxat, à patris scilicet potestate per matrimonium liberata. Cuius etiam consuetudinis, qualis hic est, meminit Masuer. non omnino malus autor in ti. de iniur. §. ite filia vxorata, & in tit. de dot. & mat. §. item de consuetudine vxor. & in tit. de praescrip. §. item & pro ista parte, & in tit. de possess. §. item maritus. vbi tamè huiusmodi consuetudinem non ita simpliciter dicit disponere, sed tum demum, cum maritus est sui iuris: tanquam scilicet (vt id illi addas) alium non possit habere in sua potestate, qui ipse suæ potestatis non est. l. sic eueniet. D. de adulte.

5 Et est similis (vt redeamus) apud Longobardos consuetudo, vt expressim scribitur in l. j. & l. p. & l. vlt. tit. quali. mulic. libe. alie. permis. est. & refert glos. in l. velles. C. de reuo. donat. & ibi quoq; Bal. qui dicit, quod hoc iure vtuntur in multis locis, & per statuta locorum: & idem Bal. in l. si inuita. C. de nup. & in d. c. j. & ibi etiam Card.

Card. Alex. tit. an. marit. succe. vxo. & ipse Bald. con. 139. cuius exordium est, statuto communis Afsisij, in fi. li. v. & Alberi. in d. l. si vxorem. C. de condi. infer. & Felj. in d. c. illud, in princ. de praesump.

6 Et sanè hæc Francia consuetudo, fortassis è curriculo, vt alia pleraque, à veteri Gallorum more defluxit, quem huiusmodi fuisse Cæsar lib. vj. Comment. refert, vt viri in vxores, sicuti in liberos, vitæ necisque haberet potestatem. Enimuero quemadmodum ea vetus parentum in liberos potestas crudelior quidem atq; acerbior iure est coërcita Romanorum legibus, l. in suis, in fi. D. de libe. & posth. & l. vlt. C. de pat. pote. & glos. vtrobiq; & facit l. inauditum. D. ad leg. Cornel. de scar. & l. diuus. D. ad leg. Pomp. de parti. illudq; solùm superest, vt filius in potestate patris sit, citra vitæ necisque arbitrium. C. tit. proximè allegato, per torum. Ita etiã (vt omnia ferè ad vsum clementiorè humaniorèmq; redacta sunt) virorù in vxores vetus illa potestas in ea ipsa re imminuta est, vt scilicet nõ liceat viro vxorè impunè interimere, ac ne castigare quidem, nisi moderatè, vt infra dicitur. Sed quod de filiis leges vt essent in virorù potestate, non est à vobis, quem vocamus legibus primis illis nostris legibus connubialibus quispia in sua Topica ferè ad verbum transposuit, vir sanè & legum, & artium humanarum peritissimus, sed hac in re mihi parù æquus, qui nomen meum vbiq; suppresserit: id quod libens dissimularem: sed veritus sum, ne qui libellum illum nostrum primùm anno 1513. ac iterùm anno 1516. rursum 1524. impressum nõ viderunt, existiment hæc loca illi me coëra furri puisse, cuius Topica nõ nisi anno 1520. primùm impressa sunt. Sed ad rem ipsam reuertamur.

Gallorù vetus mos in ea re.

Queritur de quodam huius lib. plagario.

7 Hic mos quoq; apud Hebræos ex lege Mosaica fuisse videtur, vt matrimoniù filias à parentù potestate dirimeret, transferrétq; eã in viros, vt facilè colligi potest ex eo quod scribitur Leui. c. xxxj. quo vetabatur sacerdos contaminari in mortibus ciuili suorù, nisi rãtum in cõsanguineis, & propinquis: id est, super patrè, matrem, filium, filiam, fratrem quoque, & sororem virginè, qua non esset nupta viro. Et c. fe. Si filia sacerdotis cui libet ex populo nupta fuerit, de his, quæ sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur. Cuius rei rationè adiciit nõ omnino contemnendus interpres Nicolaus Lyrensis, quoniam scilicet nõ iam esset in patris potestate, & familia. Quod & ipsum expressim signatur Nu. 30. c. vbi si filia nõdù nupta aliquid vouisset, tum demù ex voto obligabatur, si pater vel consensisset, vel tacuisset: nupta verò, viro aut consentiente, aut dissimulante, quod & ad potestatem viri in vxorem trahit Diuus Augustinus lib. quaestionum super Nume. 4. c. lix. & repetitur in Decretis canonicis in c. manifestum, & c. voluit. xxxij. q. v.

Hebræorum legibus vxor in viri potestate.

8 Quinetiam illud affirmare audeo, nõ antè interuallo, quàm leges Mosaicæ latae essent, veluti lege naturæ id ipsum instituente, filias postea quàm desponsatae fuerant, non permansisse amplius in parentum potestate. Quod eo testimonio comprobauerim, quod cum de Rebecce nuptiis tractaretur, illa neutiquam in consiliù admissa est: sed veluti in scia, non inuita tamen, verùm parentum votis obscurandans, ab illis nuptui traditur. At postea quàm desponsata fuit, de profectio nis die à parentibus consulitur: veluti iam eorum potestatem egressa, quod scribitur Gene. 24. c. & à Diuo Ambrosio annotatur in lib. de Abraham Patriarcha in c. vlti. & in c. honorantur. xxxij. q. ij.

Naturæ legibus vxor in potestate viri.

9 Ab eo autem, quod de lege naturæ diximus, nihil omnino abest, quod tradit Diuus Augustinus in c. caput, in fi. xxxij. q. v. Feminas viris suis seruire communi lege naturæ. Et in lib. i. de nuptiis, & concupiscentia, ad Valerium, c. ix. Nec dubitari, inquit, potest, naturali iure viros potius fœminis, quàm viris fœminas principari. Et in epistolam Pauli priorem ad Corint. c. 65. Fœmina, inquit, viro subiecta est le-

De eadem re.



ge naturā. Apud Græcos autem commendatur ille versus senarius Alexidis in ea fabula, cui titulus est, γυναικοκρατία, citante Athenæo lib. ij.

γυναικὶ δ' ἄγεσθαι ἢ δίδωσθαι ἢ φέρεσθαι.  
Natura non sinit præse feminam.

Bruta quoque id ipsum sequi. Et huic quoque rei testimonio sunt bruta animalia, quæ veluti id ipsum distante natura, ita viuunt, vt mares imperent fœminis. Nam Plin. lib. vii. c. iij. loquens de afinis syluestribus, Mares, inquit, singulis fœminarum gregibus imperitant.

IO Sed & illud apud celebratissimos Græcorum populos Lacedæmonios obseruatū fuisse coniecto, vt filia tantisper in potestate patris esset, dum cœlibem vitam duceret: statim verò quam matrimonio fuisset mancipata, viri subiret potestatem. Huicse autem rei coniectandæ ansam præbuit dictum Lacanæ à Plutarcho in Apophthegmatis Laconicis relatum: quæ cum interrogaretur, an se vitandam concederet, respondit, Equidem cum puella essem, didici parere patri, & hoc egi: mulier autem vitanda. Huiusmodi si in fœminis manifestum facias primū.

II Quamquam illud non me later, fuisse plerisque, qui scriptis tradiderunt, Spartanas mulieres viris suis dominari solitas: quod & ex Aristotele licet deprehendere lib. ij. Politicorum cap. vij. & confirmat Plutarchus in Lycurgo, referens Lacedæmonios vxores heras vocare solitos. Sed hoc, vt infra dicemus, cōmune omnium Græcorum fuit. Subdit autē post pauca Plutarchus, quòd cum peregrina quæpiam mulier Gorgoni Cleomenis regis filia, Leonidæ autem vxori, diceret, μήνα τῶν ἀνδρῶν ἄγεσθαι ἢ λακωνάων. id est, Solæ viris imperatis, ὁ Lacanæ: respondit, μήνα γὰρ τῆς ἑστέρας ἀνδρας. id est, Solæ enim viros parimus. Quod etiam recenset in Apophthegmatis Laconicis non semel. Et hoc quidem, vt reor, mouit Aristotelem, vt diceret lib. j. Rhetoricorū ad Theodecten, c. v. malas fuisse Lacedæmoniorum mulieres, ideòque eos media propè felicitatis parte priuari.

12 Sed quocunque se modo res hæc habeat, ab hac nostra consuetudine non admodum abludit illud Euripidis in Danaë apud Stobæum, Ser. 71. & iterum 75.

γυνὴ γὰρ ἐξελθῶσα πατρῶων δόμων,  
οὐ τῶν τεκόντων ἐστίν, ἀλλὰ τῷ λέγῳ.  
Mulier enim egressa paternam domum,  
Non amplius parentum est, sed mariti.

Et illud quoque Quintiliani, aui eius, vt plerique existimant, qui de Oratoriis institutionibus elegantissimè differuit, declamatione cclix. Virgo pertinet ad patrem: tamen nupta pertinet ad maritum. Accedit quoque id, quod Plato, aliàs muliebrum virtutum admirator, viros tamen fœminis, tanquam gregi custodes, præfecit, statim circa initia libr. v. de Republica. Cui accedens discipulus ipsius Aristoteles, Politicor. libr. j. cap. 8. Vir quidem, inquit, vxori præest & filiis, tanquam liberis quidem ambobus, sed non eodem imperij modo: sed vxori quidem ciuilitè: filios autem regit: masculus enim, quam fœmina, principalior est. Et idem libr. 2. Oeconomicōn c. j. Existimare autem, ait, debet mulier verè composita, mores viri esse legem vitæ suæ impostam sibi à Deo. Cui finitimum est illud Diui Pauli ad Roman. 7. rursumque prioris ad Corinth. 7. Mulier, quanto tempore viuunt vir eius, alligata est legi ipsius. Quod & repetitur in c. sicut alterius. vij. q. j. & in c. additur. xxvi. q. ij. & in summa xxxiij. q. j. atque aliis compluribus locis. Ex quibus constat, esse in viri arbitrio, legem, quam velit, modo sit honesta, vxori imponere. Ad quod & illud pertinet Homeri libro nono Odyssææ de Cyclopius loquentis,

—Θεμιστεύς ἢ ἕκαστος  
παίδων ἢ ἀλόχων.— Id est,  
—Ius quisque ministrat  
Progenitis ac vxoribus.—

Quem

Quem locum citat Aristoteles lib. Politic. j. cap. item primo: atque etiam Plato lib. ij. de Legibus. Inter multas Pittaci Mitylenæi, vnus ex septem sapientibus, aureas sententias, illa non postremo loco habenda, γυναικὸς ἄγεσθαι, id est, vxori dominare. Refert Cornelius Tacitus in lib. de Moribus Germaniæ, apud Sirothones fœminas dominari: In quo (vt ille ait) non modò à libertate, sed etiam à seruitute degenerat.

Sithones.

13 Quid, quòd apud præcos Romanos vir de coniugis capite & fama cum propinquis iudicabat? Cuius rei testis est locupletissimus Cōr. Tacitus lib. 13. Romanæ hystoriæ, cum inquit: Pomponia Græcina, insignis fœmina, Plancio, qui ouans se de Britannis retulit, nupta, ac superstitionis externæ rea, mariti iudicio permissa: isq; præco instituto, propinquis coram de capite famæque coniugis cognouit, infontemq; pronuntiauit. Dionysius quoque Halicarnassens lib. 2. Cognati, inquit, simul cum viro de his iudicabant in, quibus erat corruptio. De quo etiam aliquid Liius lib. ix. Belli Macedonici, quo in loco de Bacchanaliorum abrogatione loquitur: & Valerius Maximus li. ix. tit. iij. quo loco loquitur de Spurio Posthumio Albino, & c. seq. Suetonius in Tiberio, c. xxxv. Id autem ex lege Romuli erat, cuius hæc verba sunt: ADULTERII CONVICTAM VIR, ET COGNATI, VTI VOLENT, NECANTO. Et ad hunc quoque morem antiquum respicere videtur Callistus in d. c. sicut alterius. vij. q. j. cum dicitur, Sicut alterius vxor nec adulteri ab alio, nec iudicari, nisi à proprio viro permittitur. & c. Vbi tamē gl. huius moris in scia, illud trahit ad correctionem, de qua postea dicemus.

Vir iudex uxoris.

14 Adde, quòd Diuus Ignatius, Ioannis Euangelistæ discipulus, in ea epistola, quæ ad Antiochenes scripsit, Mulieres, ait, honorificet viros suos sicut carnem suam: & non audeant eos proprio nomine vocare. Hæc ille. Sed quonam igitur nomine (inquit) illos vocabunt? Id certè nos docet Sara illa sancta mulier, de Abraham viro loquens: Dominus, inquit, meus vetulus est, vt scribitur Genes. 18. c. & repetit Diuus Petrus in sua prima Epistola Canonica, aut potius catholica, vt Latinum Græco respondeat, c. ij. his verbis, Sic enim aliquando & sanctæ mulieres, sperantes in Deo, ornabant se, subiectæ propriis viris, sicut Sara obediebat Abraham, dominum eum vocans. Hæc Petrus. Ex quo Diuus Chryostomus in Epistolam 1. ad Corinthios, Homilia 26. Priscæ, ait, illæ mulieres viros suos dominos vocabant. Quin & Bersabee Dauid maritum dominum vocat, & se ancillam illius, 3. Reg. c. i. Quibus ad stipulatur & illud Virgilianum lib. iij. Aeneid.

Vxores viros dominos uocare debent.

—Commubia nostra  
Reppulit, ac dominum Aenean in regna recepit.  
Cuius loci auctoritate fretus Marcellus, vir in perferendis nominum proprietatibus admodum diligens, scribit, dominum pro marito aliquando accipi. In quo etiam significato posuisse quibusdam videtur Imperator Diocletianus in l. si liqueat, ibi, consentiente domino. C. de in officio. dona. quam ad id nuncupatum notat Salycet. Quamquam nihil huc, vt reor, pertinet. Nam ibi, Dominus, dicitur respectu rerum donatarum, quarum scilicet maritus erat dominus, non autem respectu vxoris. Sed, quod in confesso est, Dominus, pro marito ponitur in sacris literis, Iudicum c. 19. cum scribitur: At mulier, recedentibus tenebris, venit ad ostium domus, ubi manebat dominus suus. Ibi enim haud dubiè de marito loquitur. Huc quoque alludit illud Ouidij, si ipse est, in Epistola Acontij ad Cydippen,  
Elige de vacuis, quam non sibi vendicet alter:  
Si nescis, dominum res habet ista suum.  
Plutarchus autem in eo libro, cui titulum nuncupauit, In principe requiri doctrinam, scribit, Perfarum regem ceteros omnes pro seruis habere, præter vxorem: cuius tamen conueniebat maximè esse dominum.

15 Quæ cum ita sint, eas proinde prudentissimas fuisse arbitror fœminas, quarum



De eadem re ex iuriconsultis & aliis.

altera ad maritum scripsit in hac verba: Cum petenti mihi a te, domine charissime, &c. vt a Iuriconsulto nostro relatum est, in l. ea quae, in princ. vbi Baldus no. D. de donat. inter vir. & vxor. Altera, quae marito haeres extiterat, ita testamentum cauit apud Iureconsultum in l. Lucius. §. quae marito. D. de lega. ij. Meui, & Sempronii, dilectissimi filij, praecipitote omne, quicquid ex hereditate bonisve Titij, domini mei, patris vestri, ad me peruenit. Et iterum paulo post: Necnon etiam, si quid post mortem Titij domini mei solui, agnoscat, quem text. ad hoc no. Bald. ibi. & Alber. in l. aduersus. C. de cri. expi. haere. Et admodum fallor, nisi & ita quocumque accipitur in l. vxorem. §. testamento. D. de lega. ij. quamuis aliud trahi possit. Nec silentio praetereunda est Lucretia, quae apud Ouidium lib. 2. Fastrorum, de marito loquens, ait:

Mittenda est domino (nunc nunc properate puella)

Quamprimum nostra facta lacerna manu.

Neque Matidia Diui Clementis mater, quae Faustianum maritum, dominum quoque vocat apud ipsum Clementem, libr. recognitionum ix. c. vlti. Neque Diua Natalia, quae Diuum item Adrianum maritum, dominum quoque appellabat: si tamen in ea re satis tuta est Iacobi, quem de Voragine vocant, autoritas.

De eadem re Megistona diuini memoriae libelle.

16 ¶ Non immerito igitur Plutarchus autor grauisissimus, in eo libello, cui titulus est, De claris mulieribus, laudat Megistonam Timoleontis vxorem, quae Aristotimo Elienium tyranno, praecipiente captiuis mulieribus, in quarum numero & ipsa erat, nuntios cum literis ad maritos, qui Elidem obsidebant, mittere, eosque vt obsidione desisterent, rogare alioquin se paruos natos in earum conspectu prius, ipsas deinde omnes verberibus caesas interfectorum minitabatur: talibus verbis respondit: Si quid in te virilis prudentiae aut consilij resideret, non vtique mulieres iubeas, quae facta opus essent, suis viris praescribere: sed nos ad ipsos, tanquam dominos nostros, permiffisse proficisci.

Vxores quae uiris dominantur, superantur.

17 ¶ Sed sicut Sara, Berfabec, Lucretia, Megistona, quae se vltro maritis subiecerunt, eos, vt diximus, dominos vocantes, sunt ob id plurimum laudanda: ita sunt acerri ma reprehensione dignissima, quae diuerso sibi laudi assignant, quod maritis praesint, quod illos non habeant dominos, sed ne pares quidem, quod illos contemnant atque despiciant, nullam omnino eorum habentes rationem. Nam (vt idem Plutarchus in lib. cui titulum fecit γαμικὰ παραγγέλματα, id est, connubiales admonitiones, scribit) locupletes & principes, cum honori Philosophos habent, & semetipsos ornant, & illos. At Philosophi cum obseruant opulentos, haud quidem illos clariore, sed se ignobiliore faciunt. Hoc etiam vsu euenit mulieribus, cum sese uiris subiiciunt atque obtemperant, laudem consequuntur. Cum vero praesse volunt, magis eas dedecet, quam eos, qui subiiciuntur. Scitum est & illud Euripidis in Oedipo: Vxor, quae sapit, viro inleruit: quae non sapit, eum spernit.

Ἡ δὲ μὴ σάφρων, αὐτοῖα τ' ἐπινοῖ τ' ἀπερφρονεί.

Et illud Philemonis apud Stobaeum in Praeceptis Connubialibus:

Ἐγαθὸς γυναικὸς ἐστὶν, ὃ νικῶσάτα,

μὴ ληρέσῃ τ' ἀνδρὸς, ἂν τ' ἐπινοῖ.

Bona vxoris est, si Nicostrata,

Non imperare viro, sed obedire.

Nec minus memorabile est, quod tradunt sacrae literae, Vasthi reginam Assueri mariti mandatum, vt ad se veniret, contempnisse, ob idque fuisse repudiatam, vt hinc discerent cunctae vxores & maiorum & minorum, maritis suis deferre honorem, vt scribitur Hester i. c.

De eadem re.

18 ¶ Qui locus me submonet, vt mulieres comonefaciam, vt si se ab hominibus honorari cupiant, (cupiunt autem maxime, vt alibi dicemus) maritos in primis honorent, sibi

sibi que dominari facile patiantur, nec molestè ferant. Sciant, maxima ex parte omnem suum honorem atque dignitatem ex honore dignitatèque virorum pendere. Vix enim vxor honorabitur, nisi & apud homines maritus in honore, pretio, exultatione fuerit. Sunt certe vxores vel honoris, vel dedecoris, & cuiuscumque conditionis maritalis ferè participes, vt quotidie videmus, & leges nostrae aperte comprobant. l. feminae. D. de Senat. & l. cum te. & l. vlt. C. de nup. & l. vlt. C. de incol. lib. x. & l. j. & l. mulieres. C. de dignit. li. xij. & in authen. de consul. circa medium, cum multis si. Idq; ex legibus antiquis, quando apud Liuium lib. x. ab vrbe condita, Virginiam Auli filiam Patritiam Volumnio plebeio nupta, matrona sacris Pudicitiae Patritiae arcuerunt, tanquam scilicet desisset esse Patritia, quae plebeio nupserrat. Idq; adeo procedit, vt filia naturalis efficiatur legitima, si legitimo viro nupserrat, ex Angeli sententia in §. quod verò. in authentica, quibus modis natural. efficitur. Ideo dicit glossa in l. j. C. de in ius vocand. quod vxor propter maritum honoratur.

Vxores honoris ac dedecoris maritalis participes.

19 ¶ At viri, quibus vxores dominantur (quorum vt id trāscunter attingam, magnus est numerus, vt dicit Cy. in l. j. C. de test. Cui concinens Hosti. in summa, tit. de iureiur. §. quomodo cenfeatur, vers. sed eum metus, tradit multas feminas esse, quae maritos verberant) hi igitur (vt repetam) omnibus sunt contēptibiles, pro vilibusque & abiectis habentur, vt de nostris quoque annotauit Alex. con. r. 56. vifo processu caussa vertentis inter Apolloniam. col. iij. ver. secundò respondeo, lib. v. Et Pe. à bel. perti. in l. curatorē. C. de inter. mar. miserimos eos esse dicit, qui vxoribus obedire coguntur. Sed & ibi Cy. maritos veluti deridet, qui cum ex Diui Hieronymi, imò Diui Pauli ad Ephesios §. c. sententia, vxores diligere, non autē timere: ab illis verò diligi, & timeri, debeant: sunt tamen adeo miseri & gallinacci (ita enim loquitur) vt non audeant inuitis sibi vxoribus extrahere sarabulas, vt ipse ait, & post eū Bal. ibi. qui hos quoque maritellos vocat. & Ang. in l. j. C. de his qui pat. vel libe. occid. Itaque Esaias maximus Propheatarum (Dauid semper excipio) veluti in maximum Iudaeorū vituperium, de illis scribit in iij. c. Mulieres dominante sunt eis. Nam (vt Democrates testis est, aut Democritus) vt eum citat Stobaeus Serm. lxxij. & Maximus Philosophus, idēque Martyr, locorum communium c. xxxix. (nisi vtrobique mendum sit) ἄνδρ' ὑπανκὸς ἀρχεδαί, ἔβρις ἀνδρὶ ἐγάρτα. id est, muliere dominari, summum est viro dedecus. Id quod etiam Philoni tribuit Antonius Monachus, Meliffa tom. ij. Sermon. xxxiiij. Quibus consonat illud Euripidis in Electra:

καὶ εἰ τὸδ' ἀγρὸν προσάτῃ τῷ δουμάτῳ

ἔυναικα, μὴ τ' ἀνδρα.

Quo significatur, turpe esse, vxorem domi praesidere, non virum. Sed & haec est (vt illud addas) summa seruitus. Quandoquidem mulier, si primatum habeat, contraria est viro, vt attestatur Ecclesiasticus 25. c. Adde item, & summa miseria. Nam, vt scribit Augustinus in lib. de Catechumenis rudibus, & reassumit Beda in 1. ad Corinth. 2. cum femina dominatur in virū, peruersa & misera domus est. Scribit Iustinus lib. xxxij. quod cum Daci cū Oloro rege aduersus Bastarnas malè pugnasent, ob vltionem segnitiae, iussu regis coacti sunt ministeria vxoribus, quae ipsi antea fieri solebant, facere. Neque id antè mutatum fuisse, quàm ignominiam bello acceptam virtute delerent. Plutarchus in praecipis connubialibus c. v. Quae malunt, inquit, stolidis uiris imperare, quàm parere sapientibus, similes illis sunt, quae ducere potius volunt caecos, quàm intelligentia visuque praeditos sequi. Ex quibus illud confiteri necesse est, vt si huiuscemodi viri vxorum imperio parentes, carteris sunt contemptui, & vxores quoque eorum fore contēptibiles.

De eadem re. Viri qui uxoribus subsumunt pro uilibus habent.

20 ¶ Cōtrā verò, illas eò honoratioris futuras, quò magis viros honorauerint, vel testimonio Diui Hieronymi, aut (vt Erasmus putat) Paulini Nolani ad Celatiā, de ratione rectè viuēdi, vbi ita scribit: Praecipue autem in cōiugio venerabili atq; imma-

Vxorum uiris obedientium laus.



culato, apostolica regula ordo teneatur. Seruetur in primis viro autoritas sua, totaque à te discat domus, quantum illi honoris debeat: tu dominum illum obsequio tuo, tu magnum illum tua humilitate demonstra: tantò ipsa honoratior futura, quanto illum amplius honoraueris. Caput enim (vt inquit Apostolus) mulieris est vir. Nec aliunde magis reliquum corpus ornatur, quàm ex capitis dignitate. Quibus etiam ad stipulatur ille Mimis Seneca, nisi sit Publij Syri, (quod multi afferunt) aut alterius,

*Castia ad virum matrona parendo imperat.*

Quo planè significatur, eam matronam tum demum imperare, ac veluti in sublimi loco esse, cum viro parat.

**21** *Quid, quod verbum Dei O.M. mulierem alloquentis Gen.3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et Diui Petri in 1. epistola, c. iij. Mulieres subditæ sint viris suis. Quod & vsurpauit Paulus, qui adque tertium cælum raptus est, ad Ephesios §. & repetit ad Coloss. 3. Cuius rei rationem adiciens in ipso capite v. ad Ephesios, Quoniam (inquit) vir caput est mulieris. Quod & ipsum prius dixerat 1. ad Corinth. 11. & repetitur in c. j. extrà de frig. & malef. & in c. non mœchaberis. xxxij. q. v. & fermè per totum. xxxij. q. v. & alibi saepe. Et ob id femine, dum maritan tur, velari solent, vt se nouerint semper maritis suis esse subditas. c. femina. xxx. q. v. & in c. mulier. xxxij. q. v. Et alibi, Quæcunque mulier sibi comam amputauerit, quam Deus ad memoriam subiectionis illi dedit, tanquam resoluens ius subiectionis, anathema sit. dicit text. in c. quæcunque. xxx. di. quem facit sing. Ro. sing. §. 96. est nunc Florentiæ. Idq; dicit menti tenendum Marthæus ab Affli. in c. j. rursum in fi. tit. quæ sit pri. cau. bene amit. Super quo festiuiter simul & venustè dicit Guil. à mont. Laud. in cle. cum ex eo, in verbo, continentis. & ibi post cum Card. in j. oppo. de sentent. excom. quòd canon vetuit, ne mulieres comam amputarent, vt mariti quicquam in eis inuenirent, vnde possent vxores trahere & ligare. quod no. ad id, quod paulò mox subiiciemus. Illud tamen obiter dicemus, apud Arimphæos, feminas aquè ac mares comam tondere, vt tradit Solinus c. xxvij. Sed, vt redeamus, ea que suprâ diximus, fortè mouerunt Bal. vt diceret in c. j. tit. in mari. suc. vxor. vxorem esse in potestate viri de iure canonico: quod & idem dicit Alber. in l. si vxorem. C. de condi. infer. & in l. aduersus. C. de cri. exp. h. red. Porrò Diuus Augustinus Homilia xliij. de feminis loquens, Nulla, ait, sit in vobis proteruitas, nulla superbia, non contumeliosa ceruix, non aliqua inobedientia: prorsus tanquam ancilla seruite. Idem in D. Ioannem tract. ij. illud interpretans, Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, &c. Ponitur (ait) caro pro vxore, quemadmodum & spiritus aliquando pro marito. quare: quia ille regit, hæc regitur: ille imperare debet, ista seruire. Nam vbi caro imperat, & spiritus seruit, peruersa domus est. Quid peius domo, vbi femina habet imperium super virum? Recta autem domus, vbi vir imperat, femina obtemperat.*

*21 Diuini legis uxor uero parere debet.*

*Femina comam amputare non debet, & quare.*

*Arimphæorū femine.*

*Vxor de iure canonico in uiri potestate est.*

*Caro pro uxore. Spiritus pro marito.*

**22** *Ex hac autem viri in vxorem potestate illud proficiscitur, quòd hanc ille potest ex causa moderatè castigare, vt voluit gl. in l. & si quencunque. §. vl. in fi. D. ad leg. Aquil. & gl. in auth. vt lice. matr. & auia. §. quia verò quedam mulieres, in verbo, sufficere. & gl. in l. & doc. in c. quemadmodum, extra de iureiurand. & gl. in §. criminis, in verbo seruum. xxv. di. & in c. cum beatus. xlv. di. & in c. sicut alterius, vbi & Arch. col. vl. vij. q. j. & in c. nullus clericorum. xvij. q. iij. & in §. in hoc, in gl. vlt. & in c. placuit. xxxij. q. ij. & in c. hæc imago, in verbo, & penè famulas. xxxij. q. v. & Alber. Gand. in tract. maleficiorum, ti. de penis reorum, col. vl. & Bal. in l. filius. C. de patr. pot. & in l. nec patronis. C. de ope. li. & con. 176. Cæcilia recessit à Frâcisco, in prin. lib. j. Lucas pen. in l. quicunq; col. ij. & iterum iij. C. de re mili. lib. xij. Signo. Homo. con. 63. Titius calce percussit. in prin. Anto. in c. cum contingat. col. ij. & ibi etiam Panor. col. vj. de foro comp. Idem Panor. in c. ex transmissa, post prin. de ref. spoli. Ro. in l. iij. §. si cum omnes. col. ij. D. de S. C. Sylla. sing. iij. incipi. licet vxorè delinquentè. Car. Flor. con. 9. in facto domina. col. ij. ver. similiter si iudex. Cepolla in l. j. §. fed*

*22 Vir potest uxorem moderatè castigare.*

§. fed sciendum. nu. 96. D. de qd. ledit. & l. Marcellus, de verb. sign. & Ang. in tract. maleficiorum, in verbo, admenauit, ante fi. & Ale. in l. miles. §. qui iudicatur. D. de re iud. & in addi. ad Bar. in l. iubemus. C. de repu. Paris Pute. in tract. Syndi. in verbo, captus illicitè. ver. officiales. nu. 3. Phil. Deci. in l. femine. quæ est ij. col. vij. ver. xxx. vj. D. de regul. iur. Et è Theologis Diuus Bonauentura in iij. sent. dif. xxx. vj. vbi etiam Richar. & alij. & Asteffanus (istos enim & similes aliquando, & nonnunquam etiam multò inferiores aduocamus, propter eos qui nullos alios libros legerunt) Asteff. igitur lib. viij. suæ summæ, tit. xx. arti. iij. & Ange. Claua. in verbo, vxor, vers. iij. Et ad hoc bonus est tex. in c. duo ista. xxij. q. iij.

**23** *Sed & clericus potest paulò seuerius vxorè castigare, vt dicit gl. in d. §. criminis, per tex. in d. c. placuit, per què etiam tex. asserit gl. d. c. quemadmodum, & ibi quocq; Panor. quòd clericus potest incarceratione vxorè. & in id dicit ipse Panor. cum mentit. tenendum: & declarat, quomodo sit intelligendū. & idem voluit Zenzel. in extraua. Io. xxij. incip. antiquæ concertationi, in verbo, nouerit cōuenire, ad fi. Gui. à mont. Laud. & Card. Flo. in d. cle. cum ex eo. & Io. Fab. in l. j. C. de priuat. carcere. & Rom. d. sing. iij. vbi facit sing. tex. & gl. in d. c. placuit. Io. Ana. in c. j. post prin. extrà de cle. percuf. & Feli. in d. c. cum contingat, in fi. de foro cōp. Ale. in d. l. iubemus. lafon in d. l. miles. §. qui iudicatur. & Deci. & Aste. vbi sup. Hippo. Marfil. in l. i. §. ad quæstionem, col. ij. versic. limita. iij. §. de quæstio. Quæ res veteri more legibus permiffa est, quando Alexander Macedo apud Curtium lib. vij. criminibus ab Hermolao obiectis respondens, à maritis vxores verberari, castigari, vt à tutoribus pupillos, ius esse tradit.*

*Sed clericus paulò seuerius.*

**24** *Nec otiosum est verbum, moderatè, à nobis suprâ positum. Neuter enim, neque clericus, neque laicus, potest vxorè atrociter verberare, vt dicunt ferè omnes, quos allegauimus. Quod si fecerit, potest vxor agere iniuriarum contra virum, ex quorundam sententia, quos refert Io. An. in addi. Specul. in rub. de iniur. ver. est quæstio de vxore: qui tamen subdit, sibi probabilius videri, vt agat vxor actione in factum, vt fama mariti illefa præseruetur, per tex. in l. j. C. rerum amo. & in l. non debet. D. de dolo. & l. si quis vxori. D. de furt. quod dictum sequitur, & dicit se nunquam alibi legisse, Alex. in l. diuortio. §. si fundū, col. iij. ver. item in quantum. D. sol. matr. & ita refert se Paduæ consuluisse: & Catelli. Cot. in memoriali incipi. actio iniuriarū, & iterum in memo. vxor atrociter verberata. Quin & si vir vxorem atrocitè verberauerit, ob idque vxor aufugiat, & adulterium committat, non poterit eam maritus accusare, nec dotem ex vxoris adulterio lucrari ex forma statuti, vt no. consuluit Pet. Anc. con. 408. probata. Sequitur & commendat Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in verbo, Che m'hai aduiterato. col. 11. & Ioan. Lup. in repe. rubri. de dona. inter virum & vxor. §. xx. col. ij. ver. idem est quando maritus. Sed de hac re iam fatis. An autem honestum sit viro vxorem verberare, dicemus postea.*

*De eadem re.*

*Vxor an iniuriarum agere possit contra maritum.*

**25** *Illud quoque ex ea potestate procedere videtur, quòd cum mulier quicquam facit sibi incommodum, marito verò commodum, id fecisse præsumitur metu & reuerentia maritali, ideòque sibi non præiudicat. de quo, quia id recipit quasdam declarationes, vide glo. & doct. in l. j. §. quæ oneranda. D. quarum rer. act. non dat. & glo. in c. plerique. j. q. vij. & Bart. in l. quæ dotis. D. solu. matr. & in disput. inci. mulier habens magnum patrimonium, col. ij. versic. sexto probo. & Bald. in l. si sine voluntate, ad prin. C. ad Velle. & confi. 293. factum sic proponitur, col. ij. vers. ij. opponitur. lib. iij. & Panor. in c. nonne, col. penul. de præsump. & in c. cum contingat, in j. not. de iure iu. Alex. confi. 157. viso instrumeto, col. pe. lib. ij. & con. 16. ponderatis narratis, col. pen. lib. iij. & con. 102. super eo, de quo quæritur. col. iij. vers. item potest vltra supradicta, eo. lib. iij. & con. 144. an mulier, col. pen. lib. v. & con. 88. viso processu, col. ij. ver. & prædicta, & iterum ver. nec etiam ad hoc, lib. vj. & Fran. Arc. con. 24. quatuor dubia, in ij. dubio, & Barb. con. 38. omnipotentem, col. vlt. lib. iij.*

*Vxor an quando aliquid fecisse videatur metu & reuerentia maritali.*



Ange. Arc. in §. omnes autē, ver. quadrupli. & ibi etiā Iaf. col. vij. ver. & proximē dī-  
cta, Infti. de afti. & per Cano. tā antiquos, quā recentēs, in c. cauffam matrimonij,  
ext. de offi. deleg. Phi. Dec. cō. 232. dura admodū, col. iij. ver. nec obftat id, fi dicatur.

26 **¶** Item & hinc prodit, quod dicunt Io. And. & Panor. in d. c. literas, ille col. ij. in ver-  
bo, incertis, hic col. pen. ver. dicit Io. And. extrā de refti. fpol. quod vxor tenetur ma-  
rito lauare pedes & caput, & parare cibos, & aliās femper vel Phrygio feruire ma-  
rito, vt vtar verbis Virgilij libr. iij. AEncid. Quibus adftipulatur illud Ennij,  
Exin Tarquiniū bona femina lauit, & vnxit.  
aut, vt Seruius citat, lib. vj. Aeneidos,  
Tarquinij corpus bona femina lauit, & vnxit.

Vxor unde  
dicitur.  
Thracum vxor  
res lauare ma-  
ritos, aliāque  
minifteria obe-  
unt.

Quod de vxore intelligit Donatus in Hecyra Terentij, qui hinc vxores dīctas pu-  
tat, quod maritos lauabant & vngebant. Nam & apud Thracēs, vxores maritos lau-  
uant, & minifteria obeunt, vt teftis eft Heraclides in Politicis. Sed & coquinariam  
facere, & lectum parare marito tenetur, vt tradit Benedi. Capra, con. 72. cū vi-  
fo col. iij. ver. circa quod dicendum eft. Tamen fi id poftremū, fcilicet lectū iterare,  
ancillare munus fit, vt videre licet ex illo Homeri verfu lib. Odyffæ xx.  
ἡ μὲν δέμνι ἀναγχεῖ ὑποσώσασα δμῶνσιν.  
Hæc quidem lectos inftit subfternere ancillas.

27 **¶** Sed hæc tamen (ne id omitteremus) limitat ipfe Pan. in d. c. literas, nifi mulier effer-  
nobilis, cui effer dedecori ifta facere arg. l. interdū. D. de ope. libe. quod & idē dicit  
Felin. in c. illud. col. iij. de præfumpt. & Phil. Deci. con. 202. vt præfens confultatio.  
col. iij. ver. nec obftat quod talia. & Ant. Corf. in tract. de pot. & excel. regia. q. xxx.  
in fi. & Io. Lup. in rep. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. xxxj. nu. 2. & iterū §. 50. col.  
pe. ver. item præter copulam. Et è Theologis, non illis quidem doctis, Bap. Sali. in  
fua fūmma, in verbo, vxor, ver. vlt. Quod tamen clanculūm carpere videtur Barb.  
in add. Bal. in l. fi vxorem, col. ij. C. de cōdi. infer. ea videlicet ratione, quod non de-  
bet fieri deterior conditio creditoris propter nobilitatem debitoris, nifi aliter effer  
iure cautum: de qua re diximus latiū in tract. de nobilitate, capite xx. nu. 90. fimi-  
liter licet vxori. & vij. fequen.

28 **¶** Illud etiam ex eodem fonte manat, quod vxor mutat propriū, virique fortitur  
domiciliū, atque forum, non vir vxoris. l. cūm quædā, & ibi no. D. de iurifd. om.  
iud. & l. exigere. D. de iud. vbi Bal. per illum tex. dicit, quod vxor trahitur ad aliud  
domiciliū vi matrimonij, & l. ea quæ. & l. vl. §. item refcripferunt, mulierem, & ibi  
Bar. D. ad municip. & l. vl. C. de incol. li. x. & l. j. C. de mulie. & in quo loco, eo. li. x. &  
l. mulieres. C. de dignitat. li. xij. & no. Cy. & Bald. in l. j. C. de iurifd. om. iud. vbi di-  
cunt, quod ita vir trahit vxorem ad fuum domiciliū, vt ea nullo pacto teneatur  
respondere in domicilio priſtino. & ipfe Bal. con. 227. fi quærat, poſt prin. lib. iij.  
& con. 418. ſuper primo puncto. lib. iij. & con. 62. punctus talis eſt. Petrus de ciuita-  
te. in ij. dubio, lib. v. Alber. in ij. parte ſtatutorum, q. x. ſed quid ſi Veronēf. Raph. Co.  
con. 26. ad ſtatutum. in prin. Rom. in l. ſi conuenerit. col. ij. verſ. nunc examinemus,  
& col. ſeq. verſ. ſed dubium eſt. D. de iurifd. om. iud. Corn. confi. 26. videtur dicen-  
dum. col. vlti. libr. iij. & Docto. vbi que. Quod & iuris antiqui fuiſſe probat illud  
Virgilij libr. iij. Aeneid.  
Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito.  
Nam, vt ſcribit Seruius, eum locum edifferens, ſecundum ius loquitur: vxor enim  
domiciliū viri ſequitur.

Vxor cuius ci-  
uitatis viri.

29 **¶** Eſt item vxor eius ciuitatis cuius, cuius & vir eſt, vt tener glof. in l. ciues. & ibi  
Barto. Angel. in fin. & Ioan. Plat. col. ij. C. de incol. libr. x. & Bart. in d. §. item refcrip-  
ſerunt. verſi. quæro vtrum vxor. Bald. confi. 139. ſtatuto communis Aſiſij. col. ij.  
verſicu. ij. eſt conſiderandum. libro quinto, vbi pulchrè dicit, quod ea propriè dici-  
tur eſſe ciuis eius ciuitatis, & comprehenditur ſub ſtatuto loquente de ciuibus.  
ſiue

ſiue de his qui ſunt alicuius ciuitatis. Anto. con. 25. viſa forma cōtractus, circa me-  
dium. & Imol. con. 73. in caſu propoſito. col. vl. Ful. con. 93. ad id de quo Roman. in  
d. l. ſi conuenerit. col. vl. ver. ſed nunquid. Paul. Ca. in d. l. cum quædam. poſt prin. Io.  
Plat. in d. l. j. in prin. C. de mulie. & in quo loco. li. x. Ang. Arc. in §. j. col. vl. ver. quæro  
an vxor. Infti. de pat. pot. & Maria. Soci. con. 36. rectè ac maturè. col. ij. & Cor. con.  
55. pro diſſiſſione. col. antep. li. j. & iterum con. 81. primus conſultationis articulus.  
col. v. ver. ideo cūm vxor. eo. li. j. & con. 202. circa præſentē. col. ij. li. item ij. & d. con.  
26. col. vlt. libr. iij. & con. 41. videtur in hac conſultatione. col. vlt. d. libr. iij. Hinc  
apud Liuium lib. j. ab vrbe condita, Romulus proclamat, vxores in ſocietate fortu-  
narum, ciuitatiſque, & liberorum fore.

30 **¶** Quinetiam eiufdem eſt originis, vt voluit glof. no. in l. origine. C. de municip. &  
orig. libr. x. quam ſequitur Bart. qui limitat, in d. §. item refcripferunt. verſ. vterius  
quæro. Sequitur quoque, & cōmendat Signo. Home. con. 166. quæſtio diſputanda.  
col. vij. verſ. præterea mulier originaria. Bal. in ſua Margarita, in verbo, mulier. vbi  
eam facit ſing. & in l. pen. in prin. col. j. ver. ſed quæro vterius. D. de iurif. om. iud. &  
in rub. D. ſol. mar. poſt prin. vbi illam dicit valde no. & per eam dicit, quod per ma-  
trimonium vxor vnitur marito, tãquam principaliori, mutatque forum originis,  
adeo vt non poſſit in ſua originali terra conueniri: & con. 351. in bonis feudalibus.  
col. ij. li. j. vbi per illam dicit, quod mulier per matrimonium mutat originem, quod ad  
forum iudiciale. & con. 411. quidā Mediolanēſis. ante fi. eo. li. j. vbi eam pro notab.  
allegat, & con. 456. Scia origine paterna. col. vlt. ver. præterea quia iſta Scia. eo. lib.  
j. vbi eam quoque dicit ſing. nec eſſe alibi, ad hoc, quod origo viri dat ius nouæ ori-  
ginis vxori. & con. 310. ad euidentiam. col. vlt. li. iij. vbi per eam dicit, quod matrimo-  
nium mutat originē. vbi tamē id declarat. & con. 439. ſuper primo puncto præmit-  
tendum eſt. col. ij. ver. quæritur quid iuris, li. iij. vbi dicit, quod nuptiæ habent vim  
originis: nam origo viri propter ſacramenti vnionē reputatur vxoris: quia vxor  
iungitur viro, tãquā digniori: & eadē cōditio eſt vnitorū. allegat no. in d. l. origine.  
& con. 100. conſiderato quod dicta domina Agnes. poſt prin. lib. v. vbi per illam gl.  
dicit, quod matrimonium huius naturæ eſt, vt transfundat originē vxoris in origi-  
nem viri. Id quod etiā ſubiungit probari ex virtute vnionis, in qua id quod potentius  
eſt, trahit ad ſe id, quod minus dignū eſt, vt plenè legitur, & no. in c. j. extra ne  
fede vacan. ſed nulla maior vnio, quàm coniugalis, per quam vir & vxor efficiuntur  
vna caro, & vna ſubſtantia in duabus perſonis, de iure diuino, quod cōſiſtit in veri-  
tate, & nō in fictione: & ideo propriè vxor eſt effecta naturalis, & originaria com-  
munis ipſius mariti. Hęc Bal. qui & idem ferè ſcriptū reliquit con. 139. ſtatuto com-  
munis Aſiſij. eo. li. v. vbi ex hoc conſuluit, quod ſtante ſtatuto Aſiſij, vt nulla mu-  
lier ciuitatis Aſiſij poſſit contrahere ſine præſentia viri: quæuis ſtatutū debeat ſtri-  
ctè interpretari, & in caſu vero, non ficto, per iura vulgaria: tamen iſtud ſtatutū ita  
debet intelligi, vt mulier Peruſina nupta Aſiſij, non poſſit cōtrahere ſine præſen-  
tia viri: tanquam ea dicatur eſſe ciuis Aſiſij verè & propriè, & non fictè. & idem  
Bal. in con. 226. præmiſſis verbis ſtatuti. ver. in contrariū videtur. eo. li. v. vbi dicit  
per illā gl. quod per matrimonium mutatur ius originis. & idem Bal. in l. voluntas. in  
prin. C. de fideic. vbi dicit, quod matrimonium eſt eius naturæ, quod trahit mulierē  
ad originē viri. ſed in eo loco erranter allegat l. mulieres. de municip. & orig. cūm  
nulla ſit huiusmodi l. in illo titu. nec dubium eſt, quin voluerit citare d. l. origine. &  
idem Bal. in addi. Specul. tit. de deci. §. j. in fi. & in rit. de cenſi. §. nunc dicendū. in fi.  
quibus locis dicit per illam gl. mulierem ſequi originem viri: non quod naturalis  
(inquit) veritas & ſubſtātia tollatur, ſed quoad effectū ciuiliū munerē, per quædam  
iura quæ allegat. & idem quoque Bald. in l. j. in fi. & ibi etiam Ange. C. de iurif. om.  
iud. & Fran. ipſius filius Bal. inter con. eiufdem, in ſubſcriptione confi. 64. punctus  
Paulutus. li. v. vbi dicit, quod lex rapit vxorē ad originē viri. per no. in d. l. origine.  
& Pan. con. 100. illud in dubiū reuocatur. in fi. li. ij. Rom. qui eam gl. dicit fin. in d. l.  
ſi cōuenerit. col. vl. & Io. Pla. in d. l. origine. & latè Maria. in rub. ext. de for. cōpe. col.  
iij. verſ.

Vxor eiufdem  
originis utitur.

unitus conditio,